

17. 163

IOSEPHI MAIORANÆ

Patritij Neapolitani

DE STELLARVM

A S P E C T I B V S

Noua Mysteria

Congruentijſ Munita ſpectandis.



NEAPOLI, Typis Caroli Porfile, M.DC.LXXXIV.

Superiorum Facultate.



MONITVM.



Strorum peritiam tria p̄cipue
complecti, neminem Professo-
rum latet: motum videlicet Si-
derum & Planetarum; eorum
Aspectus; & ex his prouenientes
effectus. Primum a pluribus ob-
seruatoribus, p̄fertim recentio-
ribus, fuit magnoperè dilucidatum: postremum a
phantasticis Iudicibus, numerosis sententijs promul-
gatum: medium verò, radix euentuum, negotijque
totius obiectum, ab omnibus tamquam facillimum
& modicæ molis habitum, fuit a me primò arduum
& immensum delibatum, deinde tota mentis acie ac
viribus toties aggressum, donec cœlestium Aspectuū
cunctorum originem, & illustrium numerum conspe-
xerim, eorumque naturam. Ex hac mysteriorum ab-
ditorum detectione quantum vtilitatis & commodi
resultet, difficile quidem est prolatu, experientibus
autem hosce labores, quos lubens communico, ob-
uiam illico prodibit veritas. Nunc, inter cetera, ritè si
res aptetur, cessabunt opiniones & ambages in hac
)(2 facul-

Facultate adhuc suspecta propterea, odiosa, & adulterina redacta: Mathematicæ namque demonstratio-
nes non dependent a congruentia vel harmonia, nec
opinionibus insignium scriptorum innituntur, quo-
niam autoritatem cum propria certitudine conti-
nent in seipsis: hac verò vacillante, meritò quippe
contemptus insurgit & irrisio.

Hinc itidem præclara tria deriuantur. Primum, in
acris & humanorum corporum affectionibus, subti-
lis, distinctissimaque notitia commistionis ipsorum
cuiusque; vndè illic plenè percipiuntur mutationes
Meteororum ac tempestates, hic autem humanæ
complexiones & effectus earum: quod antehac vel
præparcè licebat. Secundum, in Directionibus præci-
sum tempus & genus euentuum, non magnorum
dumtaxat, verùm & minimorum: non incertum in-
trà vel circa Directionum annos, sed plerumque
proprios reddens certos dies: hoc equidem in euen-
tibus physicis, vt sunt malæ vel bonæ valetudines,
casus, &c. frequenter discernitur: in moralibus autem
non raro tempus anticipat aliquantum vel differtur,
& interdum etiam euaneat: vndè luce clarius emi-
cat diuina Providentia super hominum actionibus,
& arbitrij libertas in eorum operationibus, per occa-
sionem. Quod ut potè sciendum, credendum, ac de-
fendendum veracibus Professoribus (secus enim &
punitio dignos & se tali titulo declararent indi-
gnos)

gnos) debet profecto diligenter animaduerti & me-
moria custodiri, si vñquam in huiusmodi speculatio-
nes contingere ut diuertantur . Tertium denique,
Aspectum cuiusque, ac proprię Directionis energia,
quæ hactenus occulta , iam sese patens in publico
monstrat.

Ast, Lector beneuole, te eupio persuasum, quod
in his Planetarum fixarumque Stellarum in motibus
utrius Tabulis hypothesis optimarum, frustra pro-
culdubio laborabis . Ego P.Ioannis Baptiste Riccioli
reformatas Tabulas plurimis in Genitris & Meteo-
ris inueni ac feliciter exercui fideles. Fateor attamen
cas innumeris redundare mendis Typographorum
incuria, necnon intolerandis erroribus exemplorum,
discipulo cui fuerunt commissa , imputatis: ut, si pla-
cet, laudabile opus expiendo , tibi alijsque proficias.
Interea, quæso, ne, ob nimiam exiguitatem, opusculū
despicias priusquam legendo pondus eius perce-
peris.



PO

IMPRIMI POTEST.

S. Menatti Vic. Gen:

Dominicus Antonius Coragius Soc. Iesu Dep.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

DGiuseppe Maiorana Patricio Napolitano, supplicando
espone à V. E. come desidera dare alle Stampe vn suo
Trattato, intitolato: *De Stellarum Aspectibus, &c.* per tanto sup-
plica V.E. restar seruita ordinare la revisione d'esso à chi parerà
à V.E. vt Deus.

Magnif. V.I.D. Ioannes Baptista Martocellus videat, & in
scriptis referat.

Carrillo Reg. Soria Reg. Iacca Reg.

Prouilium per S.E. Neap. dic 6. Martij 1684.

Mastellonus.

Excellenissime Domine.

Opus, cuius titulum: *Iosephi Maiorana Patriti Neapolitanus de*
Stellarum Aspectibus Nova Mysteria, iussu Excellentissimae tue
audissimè perlegi; ac in eo nil, quod Regali oblitio fuit insidi-
ationi, inueni: sed potius ingeniosissimè matheseos inuenta di-
lucidat; ideoque typis mandari posse, si Excellentissimae tue inficias
non ibit, censco. Datum Neap. idibus Martij 1684.

E.V.

Addicissimus Scrutus

Ioannes Baptista Martocellus.

Vita supradicta relazione Imprimatur, & in publicatione
seruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg. Soria Reg. Iacca Reg.

Prouilium per S.E. Neap. dic 22. Martij 1684.

Mastellonus.

IN-

INDEX

Capitum totius Operis.

C ap. 1. <i>Quid sint Stellarum Aspectus : Pa-</i>	
<i>gina 1.</i>	
Cap. 2. <i>De Aspectuum numero, & eius ratione, se-</i>	
<i>cundum pristinos Astronomos.</i>	2
Cap. 3. <i>De nouorum Aspectum ratione.</i>	4
Cap. 4. <i>De circuli divisionibus.</i>	9
Cap. 5. <i>De nouorum Aspectuum inuentione, ac nu-</i>	
<i>mero.</i>	10
Cap. 6. <i>De radiorum ad Aspectus concurrentium quali-</i>	
<i>tate, & quantitate.</i>	14
Cap. 7. <i>De nouorum Aspectuum qualitate.</i>	30
Cap. 8. <i>De modo quo haec inferiora Stellarum Aspecti-</i>	
<i>bis afficiuntur.</i>	32
Cap. 9. <i>De nouorum Aspectuum usu.</i>	37
Cap. 10. <i>De conuersione gradum Aspectuum quorum-</i>	
<i>libet in gradus Zodiaci.</i>	40
Cap. 11. <i>De Circulorum Positionum, pro Planetis, ex-</i>	
<i>tractione.</i>	43
Cap. 12. <i>De compendioso ritu plurimos Aspectus diri-</i>	
<i>gendi.</i>	45
Cap.	

I N D E X

- | | |
|---|----|
| Cap. 13. De nouorum Aspectuum effectu super celestibus Domibus. | 49 |
| Cap. 14. De nouorum Aspectuum effectu in Planetarum Dignitates. | 51 |
| Cap. 15. De nouorum Aspectuum effectu plura patefaciente. | 54 |
| Cap. 16. De nouorum Aspectuum effectu ob Stellas fixas. | 57 |



DE

DE STELLARVM
ASPECTIBVS
Noua Mysteria.

Quid sint Stellarum Aspectus.

C A P. I.



Tellarum Aspectus à Cl. Ptole-
meo non fuerunt definiti, ne po-
steri quidem Astronomi eos, Co-
rypheum imitati, definire cura-
runt. Attamen ille verba hæc la-
conicè signauit in Quadriparti-
to. *Aspectus partium Zodiaci, qui figuras certas ef-
ficiunt, aliquam inter se familiaritatem habent.* Ex
quibus utique colligitur Aspectuum essentia, hoc est
familiares arcus certam in Zodiaco producentes fi-
gurationem. Quoniam verò subiunxit ibidem, Par-
tes que diametro distant, duos rectos angulos con-
nent: & que figuram efficiunt triangulam, continens
unum rectum angulum, & trientem: que autem qua-
drangulum efficiunt, continent unum rectum angu-
lum:

A

lum:

lum: et quā sexangulum efficiunt, continent unius recti anguli duas tertias; percipitur inde, quod talis in Zodiaco figuratio, laterum eisdem & angulorum postulat aequalitatem.

Absolute propterea licet pronuntiari, quod Stellaris Aspectus, est Arcus Eclipticæ, primo laterum subtensus æquiangulæ, & æquilateræ figuræ inibi descriptæ, incipientis a loco vbi Stellaræ ipsius virtus applicatur: qui arcus ad ceteros id genus, aliquam habet rationem.

*De Aspectuum numero, & eius ratione, secundum
dum pristinos Astronomos.*

C. A. P. III.

Quatuor tantum Aspectus, notato in loco, Problemæus lineauit, Oppositum nempe, Trium, Quadratum, & Sextilem, affectus harmonia (ut ipse ait) & superportione quas habent inter se, hoc est, ratione, seu proportione dupla semicirculi ad quadratam figuram: & ad sextilem, tripla. Sesquipla ratione quadranguli ad sexangulum: & sesquitertia trianguli ad quadrangulum.

Ab Haly consideratus fuit Octagonus Aspectus graduum 45: quem ad Lunationes cognoverunt quo-

quoque Ptolemæus, Plinius, & Aratus.

Kepplerus, in seculo nostro, attendens non posse quatuor ex prænotatis Aspectibus rationem reddi mutationum omnium in aere obseruatarum, induxit Semisextum 30 graduum, Decilem graduum 36, Octilem 45, Quintilem quem etiam Argolus admisit 72, Tridecilem 108, Sesquadratum 135, Bisquintilem 144, & Quincuncem graduum 150.

Affert Campanella Duodecimum Aspectum 30 graduum, putatum efficacem, & infimæ amicitiae tangitque Aspectum sexti Signi continentem 150 gradus, ut potè hostilem, quamquam dubitanter. Morinus autem certum profitetur utrumque.

Recentiores aliqui, præter enarratos, producunt Aspectus graduum 18, & 24.

Hos autem Aspectus quatuordecim, qui constant ex gradibus 18, 24, 30, 36, 45, 60, 72, 90, 108, 120, 135, 144, 150, & 180, allati, alijque Scriptores, vel ex obseruatione didicerunt, vel ope decantatae multiplicationis ad productionem maiorum Aspectuum, circulique absolutionem: quæ sane Ptolemæi sonant figuræ & harmonicam familiaritatem.



A 2

De

De nouorum Aspectuum ratione.

C A P. III.

Si non omnes hi 14 Aspectus multiplicati producunt alios maiores notos, ne unico quidem ambitu circulum absoluunt, perinde ut sunt Aspectus graduum 24, 108, 135, 144, 150, atqui neotericis a Professoribus cuncti experti sunt efficaces; ergo non inde prouenit eorum efficacia: ideoque me aliò duxi vertendum, Ptolemæi verbis non omissis, ad rationem venandam, quæ complectens saluaret utrosque arcus, qui videlicet producerent maiores notos Aspectus, absolutionemque unicam circuli, & qui non producerent; ac patefaceret alios, plures adhuc si Aspectus naturæ in scrinijs delitescerent. Quapropter animum applicui radijs, sine quibus nec prorsus quidquam aspicitur.

Concepi itaque magnam quampiam armillam, seu zonam crystallinam in gyro dispositam, continenterque intrà se circulum, instar Eclipticæ in medio Zodiaci, & in aliquo loco ipsius circuli sphericum corpus lucidis emanans radijs, quorum unus e centro corporis ambienti linea nixo, qui esset axis pyramidis radialis, ideoque fortissimus, emitteretur ad punctum ubi terminatur circuli pars tertia: certo per-

persuasum habui, talem radium a puncto incidentiae in circulum, ad punctum vbi alia tertia eiusdem circuli pars finitur, illicò flexum transilire, & inde rursus ad reliquæ tertiae partis extremitatem: nam angulus ex incidente radio formatus & linea de puncto incidentiae ipsius erecta centrumque circuli pertente, æqualem sibi angulum naturaliter ex eadem linea, & flexo radio requirit procreandum: & æquales chordæ in eodem circulo, æquales arcus utique subtendunt: vt edocent Catoptricorum ac Geometrarum leges & demonstrationes. Sic si radius emensus quartam circuli tenderet partem, per tres planè reflexus, nihilo impediente, reueteretur ad punctum vnde exiuit: si quintam partem, vel duas ex quinque partibus; per quatuor reflexus: si unam, aut duas, tresvè partium septimarum; per sex reflexus: & deinceps in infinitum. Ut per plura quotlibet plana specula ritè secundum tales angulos aptata, repræsentari cernitur, eiusdem obiecti, quantocumque perseverante processu, replicata & conseruata forma, itaut post multiplicem circuitum, reuerti possit ad obiectum vnde primò fuit egressa. Quod Optici perfacile demonstrant.

Nil igitur prohiberet illud luminosum, ex infinitis radijs centralibus axibusvè pyramidum radialium porrectarum, aliquem dextrorsum seu sinistrorsum intrâ circulum emittere ad extremum punctum cuiusquam

iusquam partis aliquotæ, vel aliquantæ ipsius circulib
& eodem tempore similes alios radios ad aliarum di-
uersarum partium aliquotarum & aliquantarum ul-
tima puncta, alios ad alia, & sic inumeros; quorum
radiorum, ope reflexionis principium commune pe-
tentium, nonnulli nimirūm in plura puncta concur-
rerent interim nonnullis cum alijs: vndē fieret, vt in-
ter omnia circuli puncta radijs incidentibus & refle-
xis illustrata, aliqua inuenirentur quæ ob illorum cō-
cursum essent reliquis munitiora, & proinde pollen-
tiora. Sic itaque ratus me nactum rationem Asper-
ctuum antiquorum, modernorum, aliorumque om-
nium adhuc nemini cognitorum; maiorum Aspe-
ctuum productionem, & circuli absolutionem, quæ
a Professoribus requiruntur, & apertius Ptolemæi
certas figuræ ac familiaritatem, etiam inueni saluas.

At quamvis æther crystallinis zonis planisque
speculis careat, eius tamen fluida regio per circulo-
rum, arcuum, ac radiorum considerationem, effecti-
bus maximis, innumerisque dignoscitur conferta
mysterijs. Ibi ergo in orbe siue regione Solis natura-
liter signato Eclipticæ circulo, eius cōgruo loco, quæ
incidit superficies plana transiens per ipsius Eclipti-
cæ Polos & centrum, quod est & Vniuersi, necnon
per centrum Solis (gradui nimirūm Longitudinis
Solis) egregiè hic lucidis radijs propriam spiritalem
applicat rectâ virtutem: & quâcumque diffusam;

Stel-

Stellis omnibus eamdem per suos alios porriges radios, qualitate illarum affectam flexamque, ipsius Eclipticæ congruenter applicando distribuit, nihil vel parum obliquè primum, cuique locorum, quem, Planum transiens per Polos Eclipticæ, centrum Uniuersi, & errantis centrum singulæ Stellæ, secat: gradui videlicet Longitudinis talium debito Stellarum vnicuique; deinde magis ac nimis obliquè, locis illius, quos Plana circulorum Positionum per centra Fixarum transewuntia scindunt: horizontalibus nimis Eclipticæ gradibus, respectu Fixis debitaram altitudinum Poli. Itaque spiritalis vis radiorum e Sole tantummodo manat: eos autem incidentes afficere contactu multiformiter, ac reflectere, Stellarum est reliquarum: proprietatum enim lucidorum cunctæ sunt prorsus radiorum expertes.

Et in Ecliptica, virtutis talis incidentis & reflexæ, iam progressus terminatur: semel enim ei vt cumque applicata, velut gemma proprio anulo inserta, pristinam reflexionis exuit habitudinem: ac tamquam ad Solem ipsum reuersa, recens munus induit se incidentibus radijs extenden*ti*. Nam adeò circulus ille, præ consuetudine Solis, eam virtutem amat & appetit, ut per radios unde cumque deuenientem, non sinat ulterius inde procedere, vel ibi aliquum flecti, sed sibi met dumtaxat circum flagitanti committat. Tum igitur Eclipticæ gradibus singillatim applicata virtus,

po-

potissimum quae magis ad perpendicularem accesserat, & e proximioribus reflexa Stellis, toti se illius peripheriae nouis innumerisque incidentibus radiis communicet intrinsecus oportet, quos, perinde ac natura ignis, Perspectibilem, sensibilemque deorsum hic aliorum, quin etiam, iaculatur fortissima Solaris virtus, & dirigit in operationes naturae.

Hæc Aspectuum insignis generatio: hæc figurum radijs intrà Eclipticam exquisita descriptio: hinc cœlestium influentiarum admirabilis disseminatio: Ad rem præcisè locutus fuisse videtur Salomon in exordio sui Ecclesiastæ, vbi ait. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens, gyrae per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Namque Glossa, Lyranus, & Vgo Cardinalis, sacri huius Textus explanatores, nomine Spiritus, intelligunt Solis influentiam, vel occultam vim naturæ, sua subtilitate cuncta penetrantem, & ad certum finem legitimumque, perducentem: de quo fusus opportuno tempore sermo redibit.

Quoniam verò radijs omnibus qualitas est flexibilis, ad Solares hos radios reflectendos aptior equidem oppositio non est imaginanda, cum delicatior sit spiritalis eorum natura quam ætheris. Nec obstat axioma, quod reflexio sit a denso: fatentur enim Docti, speculi materiam esse levitatem intensam, formâ verò

verò perfectam polituram : ergo reflexio est ab levitate ac politura , quæ præstantius nusquam utique poterunt nisi in æthereis inueniri . Concedunt præterea reflexionem radiorum a perspicuis corporibus , vitro , aqua , aere ; necnon ab ipso æthere , præsertim siq Lunæ corniculatæ reliquum corporis albicans patefaciente . Sed & Ecliptica , incidentis radij captam virtutem . vi partium attrahentium tenendo reflectit .

Vel , si quis obstinate reflexionem a denso postularerit ; is equidem in infima crystallini Cœli superficie Vniuerso concentrica illam obtinebit : illic enim constituta Ecliptica ; & opus Aspeatum per radios notato modo efficaciter absoluit , & Stellis omnibus item distributè communis est .

De circuli divisionibus.

C A P. IV.

AD integrum distinctamque notitiam nouorum Aspetuum , speculatiuè iam detectorum , præticè vt peruaderem , circuli subtilissimæ divisiones in partes aliquotas , præcipue mihi fuerunt opus . Ipsius itaque gradus 360 cum secreuisse bifariam , trifariam , & quadrifariam , consequenter eos in partes B æqua-

æquales eosque non destiti segregare iuxta naturalem ordinem numerorum, donec idem numerus 360 diuisor euaserit: quod sanè 359 diuisionibus expediti feliciter per fractiones. Disposita igitur serie $\frac{1}{2}, \frac{1}{3}, \frac{1}{4}, \frac{1}{5}, \&c.$ usquead $\frac{1}{360}$ singulis his fractionibus ut potè denominantibus circuli portiones aliquotas, arcum attribui proprium, prouentum ex diuisionibus, expressum gradibus, minutis, secundis, horumque minutis vbi excesserunt. Ulterius autem diuisiones protrahere, superfluum, experientia doctus, æstimauit. Exemplum septimæ circuli partis: $\frac{1}{7}, \frac{1}{11}, \frac{1}{42}, \frac{6}{7}.$ Aliud vndecimæ: $\frac{1}{11}, \frac{1}{32}, \frac{1}{43}, \frac{11}{38}, \frac{2}{11}.$ &c.

De nouorum Aspectuum inuentione, ac numero.

C A P. V.

IAM circulo multifariam in partes aliquotas distributo, multiformes insimul figuræ laterum & angulorum æqualium intrà ipsum fuere designatae, nempè 359 (non excepta figura graduum 180, quæ licet æquiangula, tamen haud est æquilatera) inter se inæquales: Coetus igitur nouorum Aspectuum, iuxta positam definitionem, inde resultauit: qua perpetim salua, multifariam pariter diuisus confestim circulus idem apparuit in partes aliquantas. Nam aliquo-

aliquota quæque pars plures repetitæ aliquantarum præclaram genitricem se constituit ac fœcundam: radius autem incidens rectusue spiritalis applicatæ virtutis, reflexus eiusdem etiam, in extremo punto singularum partium consideratus, legitimus parens naturalisque opifex utriusque generis ipsarum est.

Repetitis, pro exemplo, bis gradibus arcus ad septimam circuli partem attinentis, producuntur nimis gradus arcuum ad $\frac{2}{7}$, & ad $\frac{3}{7}$ circuli spectantium: sicuti repetitis quater gradibus arcus $\frac{1}{7}$ continentis, exurgunt utique gradus arcuum continentium $\frac{2}{7}$, $\frac{3}{7}$, $\frac{4}{7}$, & $\frac{5}{7}$: & radius incidens proprius, necnon reflexus aliquotæ partis $\frac{1}{7}$, &c. in singulorum arcuum extremitate considerantur: talique ratione proceditur in infinitum. Sunt itaque tum simplices priores, tum sic producti arcus, Stellarum Aspectus: qui postremi, tametsi lateribus figurarum irregularium subtenduntur, definitionis tamen conditiones perpetuò retinent: & amborum exemplorum, priores quidem arcus $\frac{1}{7}$, & $\frac{2}{7}$ continentis; ASPECTVS ALIQVOTOS appello: reliquos verò continentates $\frac{3}{7}$, $\frac{4}{7}$; $\frac{5}{7}$, $\frac{6}{7}$; ASPECTVS ALIQVANTOS.

Possit præterea circulus vel duobus modis aliter secari, diuersasque a præcedentibus exhibere partes æstimas, videlicet in partes alicuius partis, & in par-

tes conflatas ex aliqua parte, & huius particula. Ut, si assignetur septima circuli pars, haec utique in quotlibet alias partes se diuidi sineret, puta quinque, ut ex ternis quibusque quintis partibus assignatae septimae partis, arcus constituerentur seu Aspectus aliquanti. Alius modus est, exempli causa, arcui si trium septimarum partium adiiciatur arcus continens quinque vndecimas partes illarum datarum¹, ut ex composito hoc arcu repetito resultent aspectus aliquanti. Quoniam vero per arithmeticas Fractiōnum operationes primi exempli arcus reducitur ad $\frac{3}{7}$ circuli, & secundi ad $\frac{5}{7}$ eiusdem, sinistrorsu, quod idem est ac $\frac{2}{7}$ dextrorum; denominatores equidem idem Aspectuum aliquantorum producent, qui producuntur ex arcibus Aspectuum aliquotorum diuisionis enarratae repetitis. Duplex igitur assignata prior diuisio circuli, aliam non admittit, semetipsa tantummodo contenta, cum ad extrahendas quascumque licet minimas circuli portiones, & ad infinitos pandendos Aspectus, idoneam sese reputet semperque paratam.

Dixi $\frac{5}{7}$ sinistrorum, idem esse ac $\frac{2}{7}$ dextrorum: nam Aspectuum cum duo prima genera ab Astronomis tradantur, sinistrorum videlicet alterum secundum ordinem Signorum, & dextrorum alterum contra Signorum seriem; utriusque sane generis termina-

minatur processus in gradu 180 a loco virtutis: quia circuli semiſſis, maxima pars est & prima in eius diuisionibus ad Aspectus designandos, & post punctum tale radius incidens, angulorum æqualitate ad perpendicularē non seruata, secundūm Catoptricæ leges, reflecti nequit ulterius intrā circulum pro eius absolutione, sed retrorsum conuertitur. Sinistri ergo incidentes radij in septuagesimas septimas circuli partes, trigesimam octauam eorum nullatenus transgredivalent: illi verò qui cadunt ad partes reliquas sinistrorum usque ad postremam septuagesimam septimam, nimirum ad Aspectus attinent dextros, earumque quinquagesima finistra, eadem prorsus est ac vi- gesimaseptima dextra. Si radiorum incidentium exordium dextrorum esset accipiendum, sic pariter sinistrarum respectu partium procederetur. Porro, quod iam de septuagesimis septimis partibus ad exemplum fuit assumptum, id equidem nec ulli dubium erit & alijs quibuslibet congruere partibus, pro singularum proprietate.

Præfixo itaque circuli diuisionum termino contenti, per methodos allatas, 19727 utique habebunt Aspectus, quorum 359 erunt aliquoti, reliqui autem aliquanti. Verumtamen ego 90 prioribus Aspectibus tātummodò usus aliquotis, idoneorum ope, 1151 aliquantos Aspectus extraxi: qui omnes numerum 1240 componunt; duabus præcipue tot

pau-

paucos causis exigentibus, imbecillitate videlicet
omissorum Aspectuum, & nimio cumulo grauante
Professores. Plures autem utriusq; generis umquam
cupientibus, acquirendi eos via plana sat breuis
iam est parata.

*De radiorum ad Aspectus concurrentium qua-
litate, & quantitate.*

C A P. VI.

SIcut nullus peritorum ambigit de Toto quin
constet ex infinitis eius partibus aliquotis; ita
pariter a nemine potest negari, radios incidentes in
partes innumeratas aliquotas alicuius Aspectus, per re-
flexionem ad nouissimum punctum talis Aspectus
vnâ perueniendo, Totum radiosum ibi constipare. Sit
igitur Aspectus in tertia circuli parte, recto virtutis
applicate radio terminatus, & circulus ipse prout hic,
diuisus: incidentes utique radij in sextam eiusdem
circuli partem, nonam, duodecimam, quintadeci-
mam, & ceteras ordine simili progredientes usque ad
trecentimam sexagesimam, per reflexionem, cum
incidente radio talem Aspectum terminante concur-
runt ad punctum idem: nam $\frac{1}{6}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{5}$, & ce-
terae partes aliquotæ tertiae partis cuiuspiam, ad se-
xtam,

xtam, nonam, duodecimam, quintadecimam, & ceteras absoluti Totius aliquotas partes, per arithmeticas operationes reducuntur. Quoniam verò circulus ad hoc opus 360 dumtaxat sustinuit diuisiones, & circulum quemlibet mos distinguit Astronomorum per totidem gradus, quorum tertia pars sunt 120; in partes aliquotas 120 ipsius tertiae partis, nemirum $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, &c. ordinatim quoad ultima minimam circuli diuisionum particulam tangat, incidentes radij, reflexionis ope, illius quidem ad postremum punctum adunantur. Quantum id genus Aspectus pro exemplo tributum fuit, tantumdem pro rata portione competit aliquotis Aspectibus quibuscumque. Itaque, Aspectus aliquoti punctum extimum, tot radios aliquotarum eius partium recipit, quot gradus continet idem Aspectus: Ut, Aspectus 90 graduum, collustratur utique nonaginta radijs partium $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{6}$, &c. usquead $\frac{1}{360}$ circuli: Aspectus graduum $\frac{1}{12}$, quinquaginta & uno radijs partium $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{12}$, &c. usquead $\frac{1}{360}$ fermè: Aspectus graduum $\frac{1}{32}$, trigintaduobus radijs partium $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, &c. usquead $\frac{1}{360}$ circuli, vel propè: Aspectus graduum 10. totidem radijs partium $\frac{1}{36}$, $\frac{1}{72}$, $\frac{1}{108}$, $\frac{1}{144}$, &c. usquead $\frac{1}{360}$. Simili ratione procedunt & reliqui: quod sane mirabile rem non perpendentibus videbitur, speciosumque. Huiusc

au-

autem coadunationis opus, PRIMVS CONCVRSVS deinceps radiorum nuncupabitur; cum per unicam singulorum reflexam celebretur circuitionem.

At in aliquantos Aspectus incidentes radij, non unica lustratione circulum absoluente, tamdiu reflecti perseverant, quamdiu fonte non recipiantur unde manarunt: idque si diuersè singulis compositè tamen accidit. Ut, incidens radius in duas vndecimas partes circuli, se decies reflectendo, bis autem circulum ipsum peragrando, propriam immersitur in scatebram: in tres vndecimas, decies pariter procedens, ter absoluit circulum: in quatuor vndecimas; decies profilit, quater vero ambit: in quinque vndecimas; decies flexus, quinquies circumdat. Hoc exemplum potest applicari facilimè ceteris quibusquam Aspectibus aliquantis. Talisque negotij consummationem nullatenus impedit innumerorum densitas radiorum ex fonte manantium, cum reflexus radius circuiens transit illac: nam visibilium diuersorum radij, nec non lumina varia simul, sine confusione vel permissione medium illustrant, prout edocent Perspectiui, & pandit umbra styli multiplicata iuxta numerum plurium luminum vna diuersimodè positorum eum irradientium. Quod item per simplices rerum obtutus, ac per specula patet. Integrum autem opus radiorum in Ecliptica, uno eodemque perficitur instanti. Et Stellæ cuiusque Solaris virtus cum ne momento quidem tem-

temporis applicatione vacet, fit, vt ad Stellæ motum
in orbe proprio, moueatur perpetim Aspectuum tota
simul formata series in Ecliptica.

Porro cunctorum Aspectuum communis est na-
tura, vt singularum specierum incidentes aliquanta-
rum partium radij, sese reflectendo, cum aliquotæ
partis quæ speciem denominat incidente radio, con-
currant, ipsumque constituant robustiorem. Ut, inci-
dentes radij in circuli partes $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{5}$, cōcur-
runt reflexi cum radio partis $\frac{1}{2}$, & quinque ra-
dijs communiunt eam. Itaque, aliquotorum Aspe-
ctuum quisque, vbi Primi concursus descriptos ra-
dios recepit, totidem acquirit, quot complectitur ali-
quantos Aspectus in sua denominatione: talisque re-
cens adeptio, SECUNDVS CONCVRSVS mere-
tur appellari. Nec mirum si Aspectus aliqui, nonnul-
lis maiori denominatore insignitis, copiosiores inter-
dum inueniantur ex hisce radijs aliquantis formati:
nam denominatores, quos plures numeri metiuntur,
minorem sanè numerum afferunt radiorum: quos
verò nullus metitur numerus; nec ullum penitus ra-
dium amittunt. Et hoc euénit ideo, quia talium nu-
merorum metientium op̄e, mutatio fit ex una de-
nominatione in aliam. Ut, in denominatore
 $\frac{1}{2}$, cum $\frac{1}{2}$ transeant in $\frac{1}{3} : \frac{1}{2}$, in $\frac{1}{4} : \frac{1}{2}$, in $\frac{1}{5} : \frac{1}{2}$; salvi
proinde ibi remanent duo tantummodo radij, alter-

C

nem-

nempe ad $\frac{1}{n}$ pertinens, reliquus vero ad $\frac{1}{n}$.

Catalogus radiorum secundi concursus, quamquam studio magno peculiaribus regulis innixo fuerit elaboratus, syncerus tamen ex duabus ipsiusmet insignibus proprietatibus postmodum detectis, fuit comprobatus. Numerus enim radiorum singulis circuli partium denominatoribus adscitorum, numeros omnes metitur radiorum, qui denominatoribus alijs in arithmetica progressione cum electo primo dispositis, ibi sunt assignati. Ut, numerus 4 traditus $\frac{1}{15}$ circuli, metitur utique numeros traditos $\frac{1}{30}, \frac{1}{45}, \frac{1}{60}, \frac{1}{75}, \frac{1}{90}$, &c. eiusdem circuli, qui sunt 4, 12, 8, 20, 12, &c. & haec est prima proprietas.

Reliqua vero, congruens proportio radiorum, denominatoribus multiplicibus inter se successiue ordinatis, debitorum. Ut, denominatoribus $\frac{1}{3}, \frac{1}{7}$; debentur radij 1, 1: $\frac{1}{4}, \frac{1}{8}$; debentur 1, 2: $\frac{1}{3}, \frac{1}{10}$; 2, 2: $\frac{1}{6}, \frac{1}{12}$; 1, 2: $\frac{1}{7}, \frac{1}{14}$; 3, 3: & sic deinceps in infinitum, ut æqualitas radiorum debeatur denominatoribus imparibus, duplum paribus, alternatim, in subdupla ratione successiue ordinatis. At denominatoribus $\frac{1}{3}, \frac{1}{9}$, in subtripla ratione, debentur radij 1, 3: $\frac{1}{4}, \frac{1}{12}$; debentur 1, 2: $\frac{1}{5}, \frac{1}{15}$; 2, 4: $\frac{1}{6}, \frac{1}{18}$; 1, 3: & sic deinceps alternatim triplo succedit bis duplum radiorum. Denominatoribus $\frac{1}{3}, \frac{1}{15}$, in subquintupla ratione, debentur 2, 10, radij, eadē in

in ratione: $\frac{1}{6}, \frac{1}{10}$; debentur 1, 4, in subquadrupla;
 quæ procedit usque ad $\frac{1}{10}, \frac{1}{10}$; eisque debetur ra-
 dij 2, 10, subquintupli; itaque deinceps quintu-
 plo succedit quater quadruplum radiorum.
 Denominatoribus $\frac{1}{7}, \frac{1}{14}$, in subseptupla ratione,
 debentur 3, 21, radij, eadē in ratione: $\frac{1}{8}, \frac{1}{16}$; de-
 bentur 2, 12, in subsexupla, quæ procedit usq;
 ad $\frac{1}{12}, \frac{1}{12}$; eisque debentur radij 3, 21, subseptupli;
 itaque deinceps septuplo succedit sexies sextu-
 plum radiorum. Denominatoribus $\frac{1}{9}, \frac{1}{18}$, in sub-
 nonupla ratione, debentur 3, 27, radij, eadem
 in ratione: $\frac{1}{10}, \frac{1}{50}$; debentur 2, 12, in subsexupla,
 quæ procedit usque ad $\frac{1}{12}, \frac{1}{10}$; eisque debentur
 radij 2, 18, subnonupli: itaque deinceps nonuplo
 succedit bis sextuplum radiorum. Reliquorum deno-
 minatorum imparium progressus, ex opere ipso pate-
 bunt, per quos omnes protrahi facile potest in infini-
 tum: extractis enim primū per æqualitatem & du-
 plum omnium denominatorum numerorum parium
 radijs, ex triplo dehinc, quintuplo, septuplo, &c. plu-
 rium imparium radij habebuntur: qui verò deficient
 & perinde produci nequibunt, ad denominatores at-
 tinent præditos numeris qui vocantur primi, & bre-
 ui quippe labore colligentur, sumendo videlicet di-
 midium numerum ipsius denominatoris, dempta

C 2 vni-

vnitate. Vt ; denominatoris $\frac{1}{7}$, dimidiūs numerus omissa vnitate, sunt 8, totidemque radij tali cōpetūt denominatori; $\frac{1}{9}$, $9: \frac{1}{9}$, $11: \frac{1}{9}$, $14: 8\text{cc}$.

Nunc sub singulis Aspectibus aliquotis absolutus numerus militantium radiorum denique venit apriendus. Cum enim ostensum sit eorum quemquam per primum concursum aliquotorum radiorum proprio Satellitio muniri, hoc equidem adunatione aliquantorum radiorum, illi & cuique Satellitum secundo concursu exhibitorum excrescit magis roboretur. Vt, Aspectui graduū 4, qui est $\frac{1}{9}$ circuli, primus concursus tres Aspectus minores mancipauit, videlicet $\frac{1}{180}$, $\frac{1}{360}$, $\frac{1}{360}$: quoniā verò $\frac{1}{9}$ comparauit radios 12 per secundum concursum, $\frac{1}{180}$ radios 24, $\frac{1}{360}$ 36, & $\frac{1}{360}$ 48; hi omnes aggregati, radios nimirum 120 Aspectui graduum 4 constituant: ipsiusque aggregationis radios, TERTIVS CONCVRSVS congrua voce declarat. Hoc exemplum perfacile transferri valet in ceteros Aspectus. Descriptum autem opificium quamquam dilucidè præferat huiusmodi radios proprios Aspectuum singularum, dimidium tamen cunctorum radiorum reuerà illis competentium prehendit: vbi enim radius quisquam rectus dextrorsum reflexus circulum ambit, eodem quippè temporis momēto radius alter æqualis incidit circuitque sinistrorum, & amborum refle-

xis

Xis radijs, sunt communia concursuum utrinque similia puncta.

Ceterum, cum Aspectuum aliquotorum traduces sint Aspectus aliquanti, eumdem natura sagax numerum radiorum tertij concursus utrisque in eadem denominatione studuit impertire. Si enim, exempli nota, Aspectus aliquotus graduum $\frac{3}{2}, \frac{4}{3}$ ad undecimam circuli partem attinentium, sortitus est radios 1630 tertij concursus; totidem sane radios, aliquantus Aspectus $\frac{5}{11}$, quot pariter $\frac{3}{11}, \frac{4}{11}$, & $\frac{5}{11}$ singulatim accepere: non harmonica quidem congruetia, verum physica radiorum aggregatione: nam cum radio recto Aspectus $\frac{2}{11}$, concurrunt ope reflexionis, radij Aspectuum $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{4}{11}, \frac{5}{11}$: cum radio $\frac{3}{11}$; concurrunt radij $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{4}{11}$: cum radio $\frac{4}{11}$, radij $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{5}{11}$: cum radio demum $\frac{5}{11}$, concurrunt radii $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{4}{11}, \frac{5}{11}$. Sic respectu eiusdem $\frac{1}{11}$, radii Aspectuum aliquantorum, ut poterit sunt $\frac{2}{11}, \frac{5}{11}$, &c. $\frac{3}{11}, \frac{4}{11}$, &c. $\frac{2}{11}, \frac{5}{11}$, &c. usque ad $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{4}{11}, \frac{5}{11}$, &c. ad singulos aspectus aliquotos pertinentes, motu reflexionis concurrunt mutuo, & cum radijs $\frac{1}{11}, \frac{3}{11}, \frac{4}{11}, \frac{5}{11}$.

Et en quomodo nouorum Aspectuum praestantia fulget! unico enim obtutu, singulorum iam licet natura percipi & energia: nunc radiorum coetus, antiquos Aspectus numero preclarè metitur, distinguuntque, modernos autem inter se & cum illis plenis-

simè

simè profert facilè comparandos. Quod vtique lumi-
nis non parum Professoribus infert atque solami-
nis. Hoc totum itaque numerus astruit radiorum in
Tabula sequenti, Aspectuum cuique tributus.

Aspectuum si opus vltra nonagesimam circuli
partem fuisset protractum, ab $\frac{1}{9}$ ad $\frac{1}{10}$ vsque,
singulis interpositis aliquotis Aspectibus, qui sunt
30; terni radij primi concursus omnino competi-
uissent: sequētibus verò singulis ab $\frac{1}{11}$ vsquead
 $\frac{1}{180}$ partem, qui sunt 60; bini: reliquis denique
singulis, qui sunt 180; vnicus tantummodò radius
obuenisset. Idcircò quantum roboris fuisset cuique
procreandorum ex illis aliquantorum Aspectuum
per secundi ac tertij concursus radios, perspicuè ni-
mirum dignosci poterit: cum enim omnes pauco-
rum radiorum compotes extitissent, virtutis tenuitas,
eorum hic repugnauit expressioni. Cunctos autem in
subsequenti Tabula collocatos, nil prorsus virium
contigisset: acceperunt enim quidquid exigere par-
erat ab illis.

Si circulus minutius quam quantum factum est
diuisus fuisset, ob nouorum aliorum Aspectuum ali-
quotorum, licet imbecillium, emersionem, prodij-
sent pariter Aspectus aliquanti recentiores, & proin-
de numerus radiorum primi, secundi, ac tertij concur-
sus, excreuisset: hoc vtique processu: Si constituta
fuiſſ-

fuisset minima circuli portiuncula $\frac{1}{720}$; radij primi concursus euasissent dupli, respectu prioris divisionis. Ut, ad exemplum, tertia pars circuli iam continens 120 radios primi concursus, qui totidem gradus terminant; sic 240 continuisset radios, quot pariter hi terminassent semigradus. Minima si circuli portiuncula $\frac{1}{1440}$; illi sanè quadruplo coalusserit: & Aspectus tertiae circuli partis assumptæ, 480 comparasset radios primi concursus, qui totidem limitassent quadrantes vnius gradus. Talique proportione pergendo in infinitum, eundem Aspectuum radij primi concursus augerentur. Secundi verò ac tertij concursus radij, non ita, quia singuli Aspectus, ijs longè diuersa ratione cumulati resultarent. Verumtamen sat allata diuisione, ut reor, singulorum energia dignoscitur Aspectuum insigniorum, & euitata magna numerorum caterua, commodiùs memoriaz conseruatur.

Quinimò propterea ex 1240 Aspectibus extrahitis, imbecilles etiam arcendo, 180 præstantiores dumtaxat selegi, quos cum suis denominatoribus portionum circuli, atque propriorum radiorum numero tertij concursus, in sequenti Tabula exprimam ordinatos. Vbi, gradus aliquotorum Aspectuum signo * munitorum, ex circuli diuisionibus prorsus desumpti, patescent, nihilo quidem singulis hic deficiente, præter Secundorum fractionem, si quam ibi habent,

habent. At ex ijsdem cum proprijs fractionibus adamsim repetitis, cum & exorti sint fracti gradus Aspectuum aliquantorum, & euenerit frequens cōcursus cum Aspectibus aliquotis proprias ferè Secundorum fractiones habentibus; erunt nihilominus ipsi quoque fracti gradus aliquantorum Aspectuum, hic Secundorum suis fractionibus multati. Sufficit itaque Tabulæ in opificio, graduum omnes fractiones fideli-
ter circumduxisse, vt apparebit experienti: nunc au-
tem eadem ad vsum digesta, ex gradibus, minutis, so-
lisque secundis constans, valebit utique felicius Ty-
pis imprimenda committi, ao promptius a Peritis
computanda tractari.



ASPE-

ASPECTVM PRÆCIPVORVM TABVLA.

Circuli partiu deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Com- cur- sus.	G	I	II		Circuli partiu deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Com- cur- sus.	G	I	II			
*	8	22	20	1	462	*	8	24	0	0	844				
*	43	1				*	13	24	49	39	644				
*	1	9	43	47	504	*	2	24	6	59	462				
*	37	1	11	36	46	630	*	14	25	42	51	804			
*	1	11	36	46	630	*	2	26	40	0	585				
*	29	1	12	24	50	1	27	41	32	1392					
*	1	12	24	50	1	644	*	2	28	48	0	660			
*	27	1	13	20	0	1	37	29	11	21	504				
*	1	13	20	0	1	585	*	1	30	0	0	848			
*	26	1	13	50	46	1	13	31	18	16	792				
*	1	13	50	46	1	456	*	2	32	43	38	1630			
*	25	1	14	24	0	1	2	33	29	18	1	462			
*	1	14	24	0	1	660	*	2	34	17	9	1	654		
*	23	1	15	39	8	1	3	34	50	19	1	630			
*	1	15	39	8	1	792	*	1	36	0	0	1118			
*	22	1	16	21	49	1	4	37	14	29	1	644			
*	1	16	21	49	1	560	*	2	37	53	41	1	916		
*	21	1	16	44	39	1	4	38	55	8	1	504			
*	1	16	44	39	1	462	*	2	37	55	8	1	504		
*	20	1	17	8	34	1	3	39	17	9	1	654			
*	1	17	8	34	1	654	*	1	39	17	9	1	630		
*	19	1	18	0	0	1	4	37	53	41	1	916			
*	1	18	0	0	1	576	*	2	39	17	9	1	504		
*	18	1	18	56	51	1	5	37	55	8	1	504			
*	1	18	56	51	1	918	*	1	40	0	0	1118			
*	17	1	19	27	34	1	6	40	0	0	1118				
*	1	19	27	34	1	504	*	2	40	0	0	1118			
*	16	1	20	0	0	1	7	40	0	0	1118				
*	1	20	0	0	1	579	*	1	41	14	29	1	644		
*	15	1	21	10	35	1	8	41	14	29	1	644			
*	1	21	10	35	1	1128	*	2	41	14	29	1	644		
*	14	1	22	30	0	1	9	41	14	29	1	644			
*	1	22	30	0	1	820	*	1	42	53	41	1	916		
*	13	1	23	13	33	1	10	42	53	41	1	916			
*	1	23	13	33	1	630	*	2	42	55	8	1	504		
*	12	1	23	13	33	1	11	42	55	8	1	504			
*	1	23	13	33	1	1128	*	1	43	14	29	1	644		

D

ASPE-

ASPECTVVM PRÆCIPVORVM TABVLA.

Circuli partiu- deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij com- cup- sus.	Circuli partiu- deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij com- cup- sus.
	G I II			G I II	
*	1 40 0 0	1665	4	1 57 36 0	660
9	1 41 32 18	456	25	1 58 3 52	630
3	1 41 51 38	462	5	1 58 22 42	504
26			37		
5	1 43 21 11	1128	2	1 58 36 17	462
23	1 43 12 0	660	33	1 60 0 0	1668
25	1 45 0 0	1666	6	1 62 4 8	644
8			5		
4	1 46 27 6	630	9	1 62 36 31	792
31	1 46 57 23	792	23	1 63 31 46	1128
3	1 48 0 0	844	17	1 65 27 16	1630
23			11		
5	1 48 38 55	504	5	1 66 40 0	585
17	1 49 5 27	560	27	1 66 58 36	462
3	1 49 39 19	644	43	1 67 30 0	820
29			3		
6	1 50 13 57	462	16		
43	1 51 25 43	2475	7	1 68 6 29	504
1	1 53 20 0	585	37		
27			4	1 68 34 17	654
3	1 54 0 0	576	21		
20			5	1 69 13 51	456
2	1 55 23 5	1392	26		
23			6	1 69 40 39	630
1	1 56 50 32	918	31		
19			6	1 72 0 0	13308
			5		
			6	1 74 28 58	644
			39		

ASPE-

ASPECTVM PRÆCIPVORVM TABVLA.

Circuli partiæ depo- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Con- cur- sus.	G	I	II
2	75 20 56	462			
43					
4	75 47 22	918			
19					
3	77 8 34	804			
14					
8					
37	77 50 16	584			
5					
29	78 15 39	792			
12					
9	80 0 0	1665			
7	81 17 25	630			
31					
5	81 49 5	560			
22					
3	83 4 37	1392			
13					
10	83 43 15	462			
43					
4	84 42 21	1128			
17					
5	85 42 51	654			
28					
6	86 24 0	660			
25					
7	86 53 48	644			
29					
2	87 34 3	504			
37					
*					
1	90 0 0	13313			
4					
11	92 5 35	462			
13					
8	92 54 12	630			
34					

Circuli partiæ depo- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Con- cur- sus.	G	I	II
7	93 20 0	585			
27					
6	93 54 47	792			
23					
5	94 44 13	918			
19					
4	96 0 0	844			
15					
13	96 55 23	456			
26					
10	97 17 50	504			
37					

Circuli partiæ depo- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Con- cur- sus.	G	I	II
1	98 10 54	1630			
11					
8	99 18 37	644			
29					
15	100 0 0	579			
16					
12	100 27 54	462			
43					
7	100 48 0	660			
25					
1	102 51 26	2475			
7					
9	104 30 58	630			
38					
5	105 52 56	1128			
17					
3	106 40 0	585			
27					
11	107 1 37	504			
37					
3	108 0 0	1118			
10					
23	108 50 24	462			
43					

D 2

ASPE-

ASPECTVVM PRÆCIPVORVM TABVLA.

Circuli partiū deno. mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Con- cur- sus.	G	I	II		Circuli partiū deno. mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Con- cur- sus.	G	I	II		
7	1109	33 55	1	792			13	127	44 31	1	630			
23							31							
4	1110	46 9	1	1392			5	128	34 17	1	804			
13							64							
9	1111	43 27	1	644			9	129	36 01	1	660			
29							35							
5	1112	30 0	1	820			4	130	54 33	1	1630			
26							11							
6	1113	41 3	1	918			7	132	37 54	1	918			
19							19							
7	1114	32 44	1	560			10	133	20 01	1	585			
23							27							
8	1115	12 0	1	660			16	133	57 13	1	462			
25							43							
10	1116	7 45	1	630			3	135	0 0	1	1666			
31							8							
12	1116	45 24	1	504			14	136	12 58	1	504			
37							37							
24	1117	12 33	1	462			13	136	33 61	1	644			
43							29							
18	1120	0 0	1	494			8	137	8 34	1	654			
10	1124	8 17	1	644			5	138	27 42	1	1392			
29							33							
9	1124	36 55	1	456			12	139	21 17	1	630			
26							31							
8	1125	13 3	1	792			7	140	0 0	1	579			
23							18							
15	1125	34 53	1	462			9	140	52 10	1	792			
43							23							
7	1126	0 0	1	576			17	142	19 32	1	462			
26							43							
13	1126	29 11	1	504			3	144	0 0	1	3308			
37							5							
6	1127	3 32	1	1128			15	145	56 45	1	504			
17							37							

ASPE-

ASPECTVM PRÆCIPVORVM TABVLA.

Circuli partitū deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Co- cur- sus.
	G	II
11		
27	146 40 0	585
9	147 16 22	560
22	148 14 7	1128
17		
12		
29	148 57 56	644
5	150 0 0	848
12		
28	150 41 52	462
43		
13		
31	150 58 4	630
3	151 34 44	918
19		
11	152 18 28	456
26		
3	154 17 9	2475
7		
16	155 40 32	504
37		
10	156 31 18	792
23		
7		
16	157 30 0	820
21		
25	158 24 0	660
19		
43	159 4 11	462
4	160 0 0	1665
13		
29	161 22 46	644
2		
20	162 0 0	576

Circuli partitū deno- mina- tores.	Stellarum Aspectus.	Radij tertij Co- cur- sus.
	G	II
14		
31	162 34 50	630
11	163 38 11	1630
17		
37	165 24 19	504
6		
13	166 9 14	1392
20		
43	167 26 31	462
7		
15	168 0 0	844
8		
17	169 24 42	1128
2		
19	170 31 35	918
10		
21	171 25 43	654
11		
23	172 10 26	792
12		
25	172 48 0	660
13		
17	173 20 0	585
19		
29	173 47 35	644
15		
31	174 11 37	630
18		
37	175 8 61	504
21		
43	175 48 50	462
1		
2	180 0 0	6597
1		
360	0 0	19727

*

De

De nouorum Aspectuum qualitate.

C A P. VII.

Astrorum Aspectus in duo genera distributi de-center, duduim prodicere, Aliquotorum vide-licet, atque Aliquantorum: utriusque item generis robur & efficacia tum largiter innotuit, ex concurre-
tium copia vel inopia radiorum. Singulorum postre-
mò propensionem ad iuuandum vel nocendum, lo-
cūs hic meritò sumit, eam affatim expositurus. Gra-
dus igitur Eclipticæ quindecim dextrorsum proce-
dentes vel sinistrorsum de puncto spiritalis applicatę
virtutis, & proinde in ijs Aspectus intercepti, benefici
quidem sunt omnes, benigna existente Stella: malefici
verò, peruersa illius natura. His proximi triginta
gradus usquead 45, generaliter officiunt. Prosanct
autem consequentes triginta usquead 75. Qui nunc
succedunt gradus usquead 105, infestant. Hinc ad
135 dispositi, propitiant. At laedunt posteri usquead
165. Reliqui demum gradus quindecim usquead
180, vt concinnè respondeant nouissima primis,
Stellæ naturam aspicientis induti, eius dispensant ef-
fectus. Itaque spiritalis virtutis circulus ex hac me-
dietate atque altera parili constans, duodecies trice-
nis gradibus alternatim amicis & hostilibus, ab Op-
ifice

fice summo instructus appareat : quod equidem non mediocri admiratione dignum.

Atque veraque vis Aspectuum, hoc est e concorrentibus radijs, & alternis graduum tricens proueniens, intima radicitus est : at , si quid externi similis obftiterit illi , aut congruerit , eadem nimirum tunc vel remittetur vel intensior euadet. Nec igitur quidquam proficit simpliciter Aspectus cuiuslibet , siue frugi, siue nequam, valorem, radiorum tertij concursus taxare quantitate, sed primūm Planetarū, deinde Stellarum fixarum , corpore vel Aspectu ibidem cooperantium, emolumenta vel detrimenta , cùm in primitua positione , tūm in Directionibus , singulatim sunt perpendenda . In quibus magnificiendæ proximæ præcedentes Lunationes , veteres & nouæ, necnon etiam reliquorum Planetarum celebratae configurationes hypothesi fideli præstitæ , vt potè causæ vniuersaliores, & iñgenus ceteræ, quibus subiiciuntur peculiares: transitus autem illorum quotidiani haec, corum in gradus, aptum intra tempus, cum directiones inciderint, vel ea in harum, augendo, minuendo, accelerando, differendo, repugnando , congruendo, varijs afficiunt qualitatibus, insignesque producūt effectus . Non raro propterea in directionibus conspicitur exiguis quisquam Aspectus id operari, quod magnus aut maximus nequiuere . Quæ sunt vel at-

De modo quo hæc inferiora Stellarum Aspectibus afficiuntur.

C A P. VIII

Pvtauerunt veteres Astronomi Stellarum radios centrum telluris tendentes ibi angulos consti- tuere, quorum, Eclipticæ ope, notas mensuras, æstimarunt Aspectus influentes: latitudinem autem ne- gligebant, vtputa de angulo nil penitus detrahētem. Alij deinde admiserunt latitudinem, probantes, ra- dios nequaquam constituere angulum in terra, nisi verè præcedit coniunctio eorum in celo, quæ potest ipsa latitudine multifariam variari. Et hi quippe omnes physicum radiorum contactum cum obiectis requirebant, vt superioribus afficerentur corpora hæc inferiora.

Ceterūm, quomodo radij per contactum afficerē queunt in superficie superioris hemisphérij terrestris, Stellæ si dumtaxat aspiciunt inferius hemisphérium! & contra! requiritur vtique penetratio: sed si con- cederetur hæc, tamen in centro terræ consisterent ra- dij, aut saltem decussarentur: meritò igitur insurgit ne-

negatio, quæ confirmatur Solis ignisue radijs in densa & opaca corpora vacua incidentibus, lucemque intrò haud insinuantibus, & proinde ne seipso quidem, nil ab luce diuersos. Insuper, gradibus ascendebus, & culmen occupantibus, necnon aspectus directionum terminantibus, quanta sit potestas in hæc inferiora, a nemine peritorum ignoratur: attamen singuli sunt prorsus radiorum priorum expertes. Quod si terrarum orbis habeat se perindeac puctum respectu vastorum orbium superiorum, hoc profecto comparatè non autem physicè procedit, quia anguli radiorum ibi confunderentur, & omnes effarentur communes individuis tellurem habitantibus infinitis, quorum quodque proprijs aspectibus effectum conspicitur.

Hinc itaque deducere licet, quod cœlestia se habeant ut signa, quibus inferiorum corporum naturam gerit. Ergo, natura si hæc lubens obsequitur potentiori naturæ, passionem sibi allatam e significante illius actione confessim ostendit: vndè item assertetur, quod cœlestia se habeant ut causæ. Sed quæ connexio huiusmodi remotarum causarum cū obiectis posset decens reputari? an per opticos radios proprietarum specierum? Videmus enim non absque stupore, admoto Magnete sine contactu in moderata distantia, moueri sustollique ferrum, cum vtrumque habeat radios tales. Verumtamen & videmus, maiori

iori cum admiratione, non obstante interposito asse-
re, ad Magnetis motu*infra* illum, ferrum supra
moueri: Quod equidem *exclusa* penetratione, sonat
actionem in distans, intacto medio: dissonum autem
dogma Philosophis antiquis. Interea coniiciendum,
Stellarum nouos Aspectus agere in hæc inferiora
corpora quantum ad positiones ac directiones, per
influentias & astralium seminum ocymas instar lucis
emissiones, nil omnino dissimilius quam agebant
Aspectus priscorum directionibus assignati, qui nul-
los horum proprios radios umquam projicere cen-
sebantur, effectus attamen producebant præclaros.
Traditum tertio Capite fuit, Solem Eclipticæ, re-
cto radio, reflexo autem e Stellis, propriam spiritualē
applicare virtutem, quę si perpendicularis robustaue,
significatoriam singulis eius locis tribuit potestatem:
hanc verò innumeris totius eiusdem Eclipticæ parti-
bus ultrò citròque sponte incidentibus radijs com-
municatam, reflexamque, cunctos Aspectus formare,
qui Promissoria potestate prædicti experiuntur. Idcir-
cò igitur afferendum, quòd utriusque virtus potesta-
tis, tamquam cœlesti semen, ut in ipsius Eclipticæ ma-
gno circulatorio vase per naturam attenuatum est
magis ac perfectum, centrum versus actutum corpo-
ribus his inferioribus ex vniuersa Eclipticæ periphe-
ria motu celerrimo mandatur, densissima quoque
penetrans, & solidissima quaquauersus peruidens:

vnde

vnde tunc incipientia singula potissimum, in Cometen, Eclipsibus, & Planetarum configurationibus, quæ antea existebant eorumque principij cœlum sit, militudinem aliquam habebat cum celebrationis illorum cœlo, congruam feminis portionem capiendo, per virulentam vel balsamicam fermentationem, siue præcipitationem, siue deliquium, siue fixationem (Sapientum vocibus vtor) tumque per magnetismum, opportunè pro sua natura tandem fructum afferunt. Hinc enim admirabiles meteororum effigies : hinc intrinsecè maris ingentes elationes : hinc humanorum corporum, necnon brutorum, tot affectiones & periodi : hinc terræ superficialis innumeræ proles atque opificia : hinc denique subterraneorum occulta molimina per incendia, flatus, liquorum, aquarium, bituminumque scataries, gemmarum, lapidum, salium, ac metallorum compactionem.

Plura verò hic dubitari poterunt : an Stellarum influentia sit verè spiritualis : an sit substancialis : an exigua sit agilitate praedita : an pariter tali subtilitate : an circumscriptum requirat locum : an per sui multiplicitera dicendum, quod Salomon eam appellat spiritum, Interpretes autem & communis notitiae rectitudo, non quidem spiritum Angelicæ siue rationalis naturæ similem, hac verò inferiorem quamdam vim, etheris tamen qualitate præstantiorem, sapienter intelligunt.

telligunt. Quæ, licet qualitas corporeæ, substantiam nihilominus cui, e Stellis egressa, insit, omnino habeat est necessum, eaque nisi etheria concedi nequit: liberè autem asserere substantialem ipsam existere, validis non careret rationibus. Itaque non immerito hic, suam ob excellentiam, spiritualis virtutis nomen comparauit. Reliqua, ut prolixitas ad institutum incongrua vitetur, e similitudine aliqua facile dignosci videntur. Emergit enim Stella vel eius pars ex horizonte, illiusque forma peruenit in oculos aspicientis, quos, ut & opticos nervos, nonnullaque alia capitis intetiora sic transeundo peruadit organa, ut penitus animam ipsius aspicientis attingat: idque sanè unico temporis momento, immensa non repugnante distânia, nec recipientiū densitate partium, efficitur. Deinde perpendere licet, formarum tot myriades quot per sensus ad hominis commune sensorium, ut aiunt, seu phantasiam deueniunt, aptè si ponî deberent, & vel minima quantitas cuique competenteret; magnum utique spatiū intra caput postularent, pressamque confusionem non euaderent: attamen peculiaris locus ubi resident, siue plenus alijs materiæ sit, siue inanis, adhuc peritissimis ab anatomistis prorsus ignoratur: & homo ad longissima tempora, sine confusione ordinatim ipsis imperio voluntatis in instanti feliciterque vtitur: vndè quamuis corporeæ sint, penetrationem tamen eis inter se concedunt Anima-

stæ

stæ in eadem potentia sensitiua: nam nigror & amaritudo inter se penetrantur in Aloe . Quæ affiduò si habentur inferiori hac in operatione naturæ , igitur sine hæsitatione , Solis nobiliorem spiritalem virtutem , vndè procedunt Aspectus , & maiora non decent.

De nouorum Aspectuum usu.

C A P. IX.

Tota in celo Astrophilorum scrutatio , ad duo tantummodò se reducit ; & quid potest cuiquam corporeæ rei congruenter obuenire ; & quando id eueniet : Quæ profectò nisi per Stellarum Aspectus , & eorum directiones , quatenus fas est , nequeunt physicè coniectari . Euentuum ex Aspectibus instituere genera ; fuit aliorum : licet quæ hactenus instituta sunt , completa prudentia & fidelitate careant . Super Directionibus igitur hic , occasionis pro captu paulisper immorandum .

Primum conuertendi sunt gradus Aspectuum datorum in gradus Zodiaci , quos etiam poscunt positiones omnium Stellarum inter se necnon præ Horoscopo & Cælimedio . Resput autem opus utrumque,

que , gratis celebrem Errantium latitudinem , quæ à Conditore ad alia opportuna munia naturæ mirabiliter ordinata, ceu ne frequenter illæ inter se patiantur Eclipsim , vtque ab Ecliptica varie declinantes, interdum acriter, quandoque lentè, ac inde lenius reflexos radios in eam iacentur , &c. ad hæc tamen per eosdem Aspectus nunc euidenter inutilis & mendax detecta est : & per assertum Solaris virtutis progressum, satis equidem superque patet.

Huic præterea Diatribæ, nouem saltem, experimeto docente , veniunt adhibendi Significatores, Cœli medium videlicet, Horoscopus , cunctique septem Planetæ: & iure optimo: nam sex eorum si tamquam Soli proximiores, ipsiusque virtutem perpendiculariter vel parum obliquè potentissimi reflectentes , ad Aspectus procreados cum eo simul adepti sunt Promissoriam autoritatem; cur a Significatoria , Luminaribus tantum admissis, ceteri sunt excludendi, cum una sit & eadem potestatem utramque constituens causa ? Igitur ambæ , Promissoria nempe ac Significatoria simul, operantur dudum notato modo, & producunt opportuno tempore fructus suos : quod si reducitur ad motum , is quidem non est localis in celo, fructificus autem potest appellari, iuxta sensum Interpretum Salomonis, afferentium occultam Solis vim sua subtilitate cuncta penetrare, atque ad certum finem legitimumque perducere . Tempus tandem fru-

fructuum statuit *Æquatoris arcus*, situs inter punctū eiusdem *Æquatoris* in quod angulos rectos format circulus maximus, per mundi polos ipsamque Promissoriam virtutem in *Ecliptica*, transiens, & punctū vbi *Æquatorem* fecerat aliquis *Horizon* vt cumque, siue sit Regionis, siue Positionis, dempta verò additae, ut moris est, Ascensionali differentia cuique proprio Horizonti competente: nam numerus graduum talis arcus, numerum continet annorum quibus taliū seminum fruges maturescit, cuique graduum tribuendo integrum annum. Id autem opificium cum simplicitate natura dependeat, Naturalis potius nomine meret quam Rationalis.

Ex Cometarum autem & Eclipsiū celebratio-
ne, sicuti quācumque configurationum Planeta-
rum inter se, horumque transitibus ingressibusue ad
loca propria vel aliorum, necnon Fixarum, cum itidē
astralia semina sursum operentur, & præexistentibus
huc deorsum corporibus mittantur; nec obscurè pro-
fecto nec difficile præcisa tempora patrandorum ef-
fectuum innescunt; directionum enim ad singulo-
rum præexistentium similia cœlestia principia specta-
tum, tunc maturos homogeneos fructus incitant,
exaggerant, & ad euentum adducunt. Aerem autem,
aquam, atque inferiora terræ, protinus commouent
& alterant.

His postremo Significatoribus, debiti Positionum

cir-

circuli subtiliter sunt extrahendi, & minimè spernenda differentia inter gradum & gradum altitudinis Poli cum fuerit opus, exactum si tēpus e directionibus exquiratur. Sequuntur singillatim operationes.

De conversione graduum Aspectuum quorumlibet in gradus Zodiaci.

C A P. X.

DUplex primum Aspectuum genus fuit iam alibi notatum, Dextrorum videlicet, & Sinistrorum. At eorum quodque, Tabella sequenti duce, migrationis in Zodiacum, peculiarum habet viam. Posita igitur, pro exemplo, aliqua Stella in gradu 17 33 Signi Virginis, si queratur dexter illius Aspectus 72, contra Signorum ordinem, ubi terminetur in Zodiaco, inuenito numero dati gradus 17 in prima columnâ Tabellæ, illique adiectis minutis 33, procedatur dextrorum ad columnam usque Signi $\text{\textcircled{m}}$, quæ in angulo concursus offert numerum 167, minutis 33 pariter augendum, cui demptis 72 gradibus Aspectus remanebunt 95 33: hic numerus inter ceteros deprehēsus, denotat sinistrorum in prima columnâ gradum 5 33, & sursum in propriæ columnæ fronte Signum $\text{\textcircled{m}}$. Aspectus itaque dexter 72, Stellæ in gradu 17 33 $\text{\textcircled{m}}$, existentis, cadit in gradum 5 33.

5 33 ④: Aliud exemplum: Indagetur in Zodiacō gradus Aspectus dextrī 146 40 Stellæ tenētis gradum 12 58 8. Numerus 12 58 primæ columnæ (seruata semper adiectione minutorum, cùm oportet) exhibit sub 8 gradus 42 58, quibus redactis ad 402 58 per additionem totius circuli, si subtrahatur Aspectus 146 40, relinquétur utique 256 18, indicantes in latere gradum 16 18, in fronte vero Signum ♪. In gradu ergo 16 18 ♪, cadit Aspectus dexter 146 40 datæ Stellæ.

Cupiatur nunc in Zodiaco sinister Aspectus, secundūm Signorum seriem, 86 24, Stellæ gradum 8 13 ♀, occupantis. In prima Tabellæ columna numerus 8 13, denotat in Leonis columna numerum 128 13, huic autem additus Aspectus 86 24, procreat numerum 214 37, qui habet in prima columna latérale gradum 4 37, in fronte Signum ♀. Unde patet, datum Stellæ sinistrum Aspectum 86 24, se porrigit gradui 4 37 Scorpij. Denuo: Signata Stella in x gradu 11 42, sit comparandus gradus sinistri eius Aspectus 100 48. Per numerum 11 42 primæ columnæ, numerus 341 42 in x columna patescit, qui adscitus Aspectui 100 48, numerum 442 39 conflat: ablato circulo, excessus 82 30 e latere offert gradum 22 30, e fronte vero Signum ♀. Itaque gradus 22 30 ♀, limes est sinistri Aspectus 100 48, Stellæ gradum 11 42 x possidentis. Et hæc exempla sint satis.

E

Ta-

Tabula coniunctionis graduum Aspectus cuiusque
in gradus Zodiaci.

Gradus Sign.	V	1 G	8	H	G	Q	M	S	F	P	D	W	X
1	1	31	61	91	121	151	181	211	241	271	301	331	
2	2	32	62	92	122	152	182	212	242	272	302	332	
3	3	33	63	93	123	153	183	213	243	273	303	333	
4	4	34	64	94	124	154	184	214	244	274	304	334	
5	5	35	65	95	125	155	185	215	245	275	305	335	
6	6	36	66	96	126	156	186	216	246	276	306	336	
7	7	37	67	97	127	157	187	217	247	277	307	337	
8	8	38	68	98	128	158	188	218	248	278	308	338	
9	9	39	69	99	129	159	189	219	249	279	309	339	
10	10	40	70	100	130	160	190	220	250	280	310	340	
11	11	41	71	101	131	161	191	221	251	281	311	341	
12	12	42	72	102	132	162	192	222	252	282	312	342	
13	13	43	73	103	133	163	193	223	253	283	313	343	
14	14	44	74	104	134	164	194	224	254	284	314	344	
15	15	45	75	105	135	165	195	225	255	285	315	345	
16	16	46	76	106	136	166	196	226	256	286	316	346	
17	17	47	77	107	137	167	197	227	257	287	317	347	
18	18	48	78	108	138	168	198	228	258	288	318	348	
19	19	49	79	109	139	169	199	229	259	289	319	349	
20	20	50	80	110	140	170	200	230	260	290	320	350	
21	21	51	81	111	141	171	201	231	261	291	321	351	
22	22	52	82	112	142	172	202	232	262	292	322	352	
23	23	53	83	113	143	173	203	233	263	293	323	353	
24	24	54	84	114	144	174	204	234	264	294	324	354	
25	25	55	85	115	145	175	205	235	265	295	325	355	
26	26	56	86	116	146	176	206	236	266	296	326	356	
27	27	57	87	117	147	177	207	237	267	297	327	357	
28	28	58	88	118	148	178	208	238	268	298	328	358	
29	29	59	89	119	149	179	209	239	269	299	329	359	
30	30	60	90	120	150	180	210	240	270	300	330	360	

De

De circulorum Positionum, pro Planetis, extractione.

C A P. XI.

Exquisitas circulorum positiones a Professoribus, Aspectuum singulæ directiones efflagitāt, ne falsi temporis incurvant contumeliam. Id verò facile posset evenire, vel ob inopiam Tabularum, vel ob partium proportionalium inde capitarum vitium, quæ in quibusdam gradibus longè distant a vero. Hæc ut cuitentur incommoda, Trigonometriam calentibus, maximè Logarithmos excentibus, brevē tutamque methodum propono, inter diuersas alias quæ solent circumferri. Usus equidein, eius indicabit præstantiam, tum ad laterum angulorumque affectionem, tum etiam ad præcisum tempus directionū.

Præparandæ sunt itaque Declinatio Significatrix, omissa latitudine si quam habet, & Altitudo Poli Regionis, ex quibus constituuntur Trianguli latera. Item Distantia eiusdem a Meridiano sine latitudine; ex qua angulus interceptus: hac autem lege. Si Declinatio sit Borealis supra terram, vel Australis sub terra; pro latere sumitur Declinationis ipsius complementum ad 90 gradus. Si sit Australis supra terram, vel Borealis sub terra; sumitur aggregatum ex 90 gradibus & data Declinatione. Pro angulo intercepto,

F 2 to,

to, sumitur datae Distantiae a Meridiano complemen-
turn ad 180 gradus. Nunc

In Triangulo Sphaerico obliquangulo
Datis duobus lateribus, quorum vnâ dimidium sit
circuli Quadrante minus, & angulo ex ijs compre-
henso, dantur anguli reliqui, si fiat

Vt sinus complementi semisumma laterum,
Ad Sinum complementi semidifferentiae eorumdem;
Sic Tangens complementi semianguli,
Ad Tangentem semisumma angulorum.

Et

Vt Sinus semisumma laterum,
Ad Sinum semidifferentiae eorumdem;
Sic Tangens complementi semianguli,
Ad Tangentem semidifferentiae angulorum.

Hæc semidifferentia addita semisummæ inuentæ,
constituit angulum obliquum maiorem; dempta
vero, minorem.

Tunc erit

Vt Sinus totus,
Ad Sinum Altitudinis Poli Regionis;
Ita Sinus anguli maioris inuenti,
Ad Sinum quesiti Circuli Positionis.

Inuento maiori angulo, tamquam lateri Declina-
tionis opposito, semper vtendum in omnibus Re-
gionibus existentibus cis Polares circulos: ultra vę-
ro, totum opificium est mutandum. In hoc negotio
versatis, non sunt opus exempla.

De

De compendioso ritu plurimos Aspectus dirigendi;

C A P. XII.

Conuersis gradibus Aspectuum in gradus Zodiaci, ac Positionum circulis Planetarum extractis, facilis quippe horum Significatorum, sicut Horoscopi, Medijque celi, ad opportunas directio-nes, more consueto, præsertim ablata latitudine, iam transgressio videtur: qui mos recte perpensus, neuti- quam discrepare dignoscitur dogmati Ptolemei, quamquam illud semidiurnis ac seminocturnis loco-rum arcubus vtitur, hic autem extensis Tabulis obli-quarum Ascensionum expeditur: quoniam diuersitas omnino in idem exit. At Aspectum turba prægran-dis evasa, numerosum pariter fatigansque directionū constituit opus: Sunt enim cuncti quos Tabula profert per necessarij reliqui verò prætermitti, nimis essent utiles, ob frequentem plurium homogeneorū, licet imbecillium, concursum in minutum idem directionum arcus, qui simul magnam afferunt efficaciam, vel heterogeneorum illustriorum ibidem vires eneruant. Nullo igitur ipsorum omisso, circiter 400 direcciones Aspectum Planetarum singulis annis contingent: ex hinc autem appositis, 70 circiter sin-gulis annis eueniunt: in quarum supputatione quot labo:

labores, quot occurrant errores, expertos utique non latet. Ut autem te, Lector ingeniose, pro viribus alleuem, en breuem ac facilem affero præ oculis ritu.

Ex Aspectuum Tabula, 36 potentissimos cape, inclusis ibi Coniunctione ac Oppositione, quorum quisque plus mille radijs praeditus est, ad eosque tantummodo singulos diriges notatos nouem Significatores, & dirigendo tres perinde columnas formabis, ut prima contineat directionum temporis arcus, secunda cunctorum Planetarum directos Aspectus, tertia vero Zodiaci gradus a quibus directio quæque dependet. Seruabisque separatim singuli Significatoris proprias directiones, ritè attamen ordinatas, quarum scriem, Processum directionum poteris appellare, & habebis inter directionem ac directionem, temporis interuallum, quod quandoque ad summum annos duos vix excedit, & in tertia columna duos gradus Zodiaci: generaliter autem interuallum ipsum temporis, minus est unico anno, vel Zodiaci gradu.

Cum vero cupis ad quemquam reliquorum Aspectuum Tabulæ proprium Significatorem dirigere, habita ex prima columnâ Processus differentia inter binos arcus directionum Aspectuum, illum comprehendentium, vel proximorum, ex tertia vero columna differentia inter binos gradus Zodiaci respondentes iisdem, & differentia inter alterutrum Aspectum & quæsitum; mente quidem si es in facultate proue-

ctus,

Etus, si autem proportionum regula, vel Sexagenaria Tabula, tempus optatum directionis acquires.

Vt demum facilius deueniatur ad praxin, Processus typo directionum ad Solem Significatorem cuiusdam celestis Thematis pertinentium, usurpat; exemplum profecto, si ex enarratis quid est obscurum, dilucidabit. Queratur arcus directionis Solis ad 104° 31' Saturni, qui Aspectus potens est. Differentia inter arcus directionum Solis ad 102° 51' Saturni, & ad 148° 14' Iouis, est (vt indicat Processus) minutorum 26; inter gradus autem 18° 34' & 19° 14' est minutorum 40. Differentia inter eumdem Aspectum 102° 51' & quæsumus 104° 31', est minutorum 100. Ergo, si 40 misuta Zodiaci attulerunt 26 minuta ætatis, 100 utique afferent 65, addenda directionis arcui 16° 29' & euadet 17° 34'. concurrens cum arcu alio directionis, eiusdem Solis ad Aspectum 27° 42' proprium.



*Procellus directionum.**Arcus directionum.**Asperitus Planetary.**Gradus Zodi.*

G	I
13	56
14	13
15	50
16	29
16	37
16	55
17	34
18	27
18	55
19	51
20	11
20	38
20	43
20	52
21	40
22	49
23	59
24	34

Solis ad

G	I
169	25 Lunæ
144	o Louis
0	o Merc.
102	51 Satur.
60	o Mart.
148	14 Louis
27	42 Propr.
105	53 Satur.
63	32 Mart.
108	o Satur.
65	27 Mart.
32	44 Propr.
180	o Lunæ
154	17 Ionis
110	46 Satur.
36	o Propr.
21	11 Vene.
72	o Marc.

G	I
14	28
15	0
17	33
18	34
18	47
19	14
19	53
21	36
22	19
23	43
24	14
24	55
25	3
25	17
26	29
28	11
29	55
0	47

De

*De nouorum Aspectuum effectu super celestibus
Domibus.*

C A P. XIII.

Quid noui & certi per Stellarum radios Facultas hæc sit adepta; affatim, vt reor iam, perspicuèque patuit. Quid autem incerti hactenus in ea fuerit usurpatum vt veris per eosdem pariter difficile haud est aperiri. Quapropter vel quidquam hic tangere, nimirum Candidatis gratum, atque operæ pretium erit.

Concorditer Astronomi omnes cœlum in 12 partes diuiserunt, quas voce translata cœlestes Domos nuncuparunt: at in earum determinanda mensura, magnus fuit inter eos dissensus: quidam enim Zodiacum secando in 12 æquales portiones, 12 constituerunt Domos æquales: alij circulum æquinoctiale similiter dispertientes, Domos 12 inæquales efformarunt: alij circulis alijs vñi sunt ad assignandas Domos æquales vel inæquales: quorum omnium lis adhuc sub Iudice manet. Tribuerunt postmodùm singulis Domibus propriam virtutem & efficaciam, in quo nihil vel parum inter se discreparunt: ita vero, vt peculiariter virtus talis denotatam spectet ad cœli Domum, vnde Planetæ vel fixæ Stellæ ibidem existentes, nouam hauriant qualitatem. Et licet propter in-

certitudinem quantitatis cuiusque Domorum, dissoni obseruatoribus umquam nonnulli visi fuissent euentus; generaliter ramen virtutem illam, experimentum eidem comprobauit. Sic fassi sunt absolutè verum, quod non radicitùs cognouerant. Efficacia enim alicui Domorum propriè adscripta, & inde Stellæ communicata, nō ad ipsam quidem Domum attinet, verùm ad Aspectum Stellæ ibi virtute, iuxta declarata, permanentis, in gradum ascendentem, vel culminis, cum uterque instar scopi cunctos ad se directos trahat ac distinguat positionum Aspectus. At illi non perpendebant celi locum sine Stellæ virtute esse prorsus inanem, idèoque ad attributos effectus producendos præsentia Stellæ secundùm longitudinem indigere. Istam contra, diuersis in locis residentē, per se propria munia parili exercere significatione.

Itaque si priscis e Professoribus ad neotericos deuenit, quòd cœlestes Domus hostilitè & benevolè Horoscopum alternatim intuentur, ac proinde officiunt & iuuant; liquidò patet, id effici per Stellarum innumeros Aspectus, alternis perinde gradibus tricennis operantes. Nam ex vacuis locis, noxijs vel fauientes obtutus, absque lucidæ virtutis radijs, nequeunt prouenire. Vnde nouis hisce mysterijs præconia crescent.

Dirimitur præterea nunc antiquum & indecens iurgium de diuersis cœlestis Thematis generibus: & cuspis

cuspides Domorum, præter Horoscopum & Medium celi, per quamlibet methodum usurpatæ, inutiles penitus deprehenduntur, nisi tantummodo si ad Stellas disseminandas quis voluerit eis vti: gradus attamen Horizontis & Culminis, more sunt consueto rimandi.

Et demum, prope vel ultra Polares circulos degentes, deinceps ab admiratione desistent, cur antehac præ nonnullis Domibus, potissimum prima, propriarum Geniturarum Rationali vel alio ritu structarum, quæ vix ob angustiam spatij cœlestis dignosci possent, & fixarum Stellarum redderentur incapaces, harum affectionibus necessarijs ad vitam, complexiōnem, ac procliuitates, orbati, ipsi viuaces, vegetos, & propensionibus ceterorum hominum similibus præditos atqui se cognouerunt, & se alijs exposuerunt cognoscendos! Nunc autem omnia, nouis Aspectibus & eorum qualitatibus, absque decem Domorum præsidio, saluantur.

*De nouorum Aspectuum effectu in Planetarum
Dignitates.*

C A P. XIV.

Fundamenta e quibus Dignitatum arces Planetarum exurgunt, in Luminaribus & calore, a

G 2

Pto-

Ptolem̄o, vel a Maioribus collocantur. Afferit enim ille, quod cum ex 12 Signis, duo Borealia, Cancer & Leo, proximè ad verticem nostrum accedant, maximèque calores & æstus efficiant, idcirco maximorum & efficacissimum lumen sint domicilia iudicata: Leo quidem Solis, Cancer verò Lunæ. Ceteris Planetis deinde secundùm singulorum naturam familiarem vel pugnantem cum calore, & eorum distātiam a Sole, proprias attribuit Domos: Saturno nempe maximè frigido & ab Sole distāte, opposita Signa Cancro & Leoni: Ioui, proxima illis: sic Marti, Veneri, Mercurioque, ordinatim. Ex Domicilijs postremò, Trigonos extrahit & Altitudines, omnia rationibus partim naturalibus, partim harmonicis fulciens. Et ex Signis quę Domicilijs & Altitudinibus opponuntur, efformat Detimenta & Casus.

Neotericorum nonnulli, Ptolem̄i rationibus inferunt, vltra Æquatorem habitātibus ad Polum spectantibus Austrinum, Domos Planetarum se habere contrario situ: & Lunæ tribuunt Capricornum, Soli Aquarium, Saturno, ceterisq; Planetis, similiter prioribus opposita Signa. Sic Trigonos, & Altitudines, Detimenta, & Casus. At sub Æquatore degentibus, Luminarium Domos Arietem & Libram statuunt: Saturni, Cancrum & Capricornum: Iouis & Veneris, temperatores Signorum partes: Martis, feruentiores: Mercurij, Luminaribus propinquiores: nam integræ

tegra Signa istis quatuor distribuere in tali situ, censem impossibile. Simili ratione, Signis vel eorum portionibus competentibus, pro Trigonis, & Altitudinibus, cunctos muniunt.

Porrò, posito Ptolemei fundamento duorum Borealium Signorum proximè ad verticem nostrum accendentium, maximèque calores & æstus efficien-
tium, debeantne ea esse Cácer & Leo, a nostro verti-
ce inæqualiter distantia, an verò Gemini & Cácer, ab
eodem æquè distantia? & cur ibi non operentur Sa-
turnus & Mars eorum qualitatibus efficaciùs horsū,
vndè abs talibus Dignitatibus repellantur? & an Pto-
lemei alię harmonicę speciosęque rationes, Dignita-
tibus adscriptam physicè valeant sustinere virtutem?
innumeræ quippe grauesque difficultates, breuia re-
sponsa præpediunt. Et an aliorum illatio ad vltra
Æquatorem ac sub eo degentes, adhuc sit experimé-
to probata, vel num ne probabilis: cum præsertim
Æquator, linea sit indiuisibilis, & idcircò sub ea popu-
li habitantes, promiscuos vitæque repugnantes car-
pere deberent effectus? exprimant qui experti sunt,
vel certam inde notitiam procurarunt.

Igitur Ptolemēus tali fundamento vtcumque in-
nitens, cautè Stellarum fixarum præsidio nec vñquā
fuit vsus. Fixæ enim etiamsi cunditorum Planetarum
qualitatibus videantur affluere, hæ tamen ex incer-
tis coloribus & operationibus desumptæ, incertum
pari-

pariter id munetis efficerent . Singulis item Planetis adepta sic virtus, non esset æqualis . Nec dissimilium Fixarum viribus æqualitè vnaquæque resisteret . Ne ob Siderum quidem commigrationem de Signo in Signum , Dignitates concessæ perpetim durarent . Symbolum autem cum figuris, penitus profligadum.

Ad Stellarum itaque naturales ac simplices Aspectus, longè a gratis assertis, & procul a fisco, recurrendum , absolutè vt Planetarum ob positionem robur & efficacia percipiatur . Quid enim Planetæ in potiori Dignitate collocatio prodest , si Maleficarum aut Luminarium inimicis validisquè radijs impetritur? eoque, tametsi benefico, ibi non existente, quid proderit Dignitas arrogata Signo , Maleficæ Luminariæ si acriter affixerint illud ? nil sanè , prout praxis edocet in utroque casu . Et contra, si Planeta quodcumque Signum tenens, amicis Beneficarum Stellarum radijs collustratur, quantum præstantię comparat ab ea longè diuersę quam haberet in aliqua Dignitatum usurpatarum positus, absque radijs tamen amicis Beneficarum ? Meditanti & experienti , plura equidē aperi- taque libenter occurrent.

De nouorum Aspectuum effectu plura patefaciente.

C A P. X V.

Q Vid verò dicendum restat de triplici Terminorum genere, Chaldæorū videlicet, Ægyptio-

tiorum; ac Prolem̄i, vel triplici tempori, vel triplici
sectæ, vel triplici nationi dumtaxat valido! Quidue
de Antisciorum & Contrantisciorum relationibus, fi-
guram altera parte longiorem, non autem æquilate-
ram, in circulo designantibus, exceptis gradibus 15
Tauri, Leonis, Scorpionis, & Aquarij, qui figurā qua-
dratam constituunt! Quid tum de duplicitate Par-
tisfortunæ, atque aliarum Partium antiqua caterua,
æquidistantia puncta tantummodo præseferentium!
Quid postremò de Nodorum Lunarium singulari-
bus attributis, tot varietatibus obnoxiorū, quot Hy-
pothesium Theoricarumque genera usurpantur! Nō-
nè omnia hæc harmonica & multiplicia, opinatorum
incurrerunt incerti notam, ab rebus Mathematicis
alienam? meritò igitur euentibus dissona comperie-
bantur.

Reuolutiones annuæ, religiosè ostētifero Solis in-
gressu in punctum aliquod Eclipticæ, illiusque hacte-
nus incertis motibus, & principiorum locis, nixæ, de-
hinc speciosis Personis veniunt exuendæ. Sequuntur
Profectiones annuæ, mensurnæ, diurnæ, quarum om-
nium efficacia, iam antehac se patefecit inanem. Di-
rectiones postmodò prodeunt Arabicæ, ac Rationales
multiformes in Latitudine: earum autem cuncta ge-
nera cedere natura coegerit vnico dumtaxat tractari
consueto per obliquas Ascensiones Descensiones
Promissorum, exclusa latitudine, ad Significatorum

cir-

circulos Positionum : atqui huius annuum motum, haud localem existimo, quia nullatenus cernitur, matritatis verò, seminum instar terræ mandatorum.

Platicus *Aspectus*, deinceps carebit loco, nisi ad pauca Secunda vel Minuta si se extenderit, & propriè quidem : impropriè verò ad maius etiam interuallū, respectu gradus alicuius illustrioris. Orbium Planetaryum lux , mirum est cur olim Promissoriæ potestatis multata directionibus deficeret ! nunc tandem & positionibus prorsus extincta est . Longæ quoque breuesque Ascensiones antiquos *Aspectus* bonos in malos, & contra, commutantes , metamorphoseos opus in præsentia depositare . Præterea velocitas ac tarditas diurno motui Planetarum additæ , spiralis hic si in celo consideratur, sanè contrario modo se habent quam in Ephemeridibus apparent: sed esto haud per spiras proceditur, pro dogmate declarari olim oportebat,anne qualitas alicuius corporis tenaciùs imprimitur vspiam , velociter ipso corpore illac transente, an verò tardè. Hodie res expositione non indiget.

Ab Stellarum *Aspectibus* nouis , cunctarum difficultatum iam vix tactarum, & aliarum passim occurrentium, pendet solutio. Si namque sunt superiores, innumeris, & reales, *Aspectus*; eorum quidem est per semetiplos inferioribus omnibus prospicere . Lucida si spiritali virtute affluunt, & afficiunt; quidquid harmonicum tatummodò sit ac lumine carens, id ab eo-
rum

rum reiſciunt eonſortio. Si e Mathematicis demonſtrationibus legitimè manant; ſingula dogmata quæ inuoluunt opinioneſ, ad munus hoc inepta promulgant. Conſiteor attamen, priſcos idgenus figmenta commentoſ, multa ſcīlicet excuſatione dignoſ: vidēteſ namque manifestoſ frequentē euentuſ, cauſaſ autem penitū ignoranteſ, abſtruſa ſinguli tum exco- gitare cōperunt. Quæ périnde ac explorata posteritaſ incauta recipienſ, haecenū ijs vel tenacifimè per- manet occupata.

Promptuarium nunc apertum eſt ampliū, & opu- lentum, vniuſ autem generiſ dumtaxat ſuppelleſtile refertum, nec ullum diuerſum aliud requirenſ: quiſ- quiſ ad eius uſum ſe applicare conſtituet, examuſſia proposita trahet oportebit. In ſidereorum igitur Af- pecluſum commiſſioneſ, ex poſitione ac Proceſſu di- rectionuſ extractaſ, ſic incubenti, nec ſanè quid- quam deerit, omnia verò pro voto ſuccedenſ.

De nouorum Aspectuum effectu ob Stellas fixas.

C A P. XVI.

Sæculi currentiſ Astronomi omneſ, Coniunctio- ne fixarum Stellarum in poſitiбуſ, necnon in ortu matutino & occaſu vespertino; Oppoſitione ve- rò in exortu vespertino & occaſu matutino, tantum- modò ſunt uſi. Inter eos qui elapſo ſæculo floruerūt, Ioannes Baptista Carellus etiam obſeruabat Quadra-

H sum

tum Aspectum eorum. Et Petrus Pitatus cunctos antiqui temporis ipsarum Aspectus, nempe Coniunctionem, Sextilem, Quadratum, Trinum, & Oppositum, professus fuit: asserens, virtutem Fixarum per eos in Eclipticam deuentam, praeter cuiusque coniunctionem efficaciam, ibidem diuersa & estimatione digna operari. Hi ergo si nouos cognouissent Aspectus, cunctos equidem earumdem Fixarum fuissent amplexi, amplexumque posteris commendassent. Et optimo iure: corporum enim supernorum proprium est per Solis radios intimeam, diffundere similitudine communicare virtutem: illis autem sublimioribus numerosoribusque id longe plurimum competere videtur, ut inde ferè dependeat de genere ac specie cunctum tantam diuersitas.

Duos quoque super Fixis effectus, Aspectuum accessio cum Latitudinis extermilio patet fecit: singulos, videlicet directionum eventus qui Fixarum non nullarum coniunctionibus antehac imputabantur, aliarum sane corporibus, aut Planetarum potius tribui debere vel taliter affectis Aspectibus; Et paucitatem priscorum Aspectuum tum agnitorum, copiosam nouo ritu aspicientium efficaciam classe Fixarum. Non vacant itaque Fixæ quarumcumque suarum positionum, radiationum, ac directionum energias: si quidē illas idcirco Maximus Opifex a Planetis immensa distantia, positu, numero, motuque segregauit,

pe-

peculiaris ut modo multiplices & admirabiles vires
carum vniuersa recipent inferiora.

At ex vasto gurgite huiusc materiae, aliquot no-
tabilia videntur emergere. Primumque complectitur
longitudinem ac latitudinem Fixarum, quarum ha-
ctenus oculo nudo conspectae, sunt 1429. Nam sin-
gula locum virtutis in Ecliptica non suat sortitas se-
cundum longitudinem, neque secundum Aequatoris
arcum in directionibus rationalibus cum latitudine,
Significatoris circulo Positionis debitum, cum earum
quæquam vetore Promissor accipitur; sed Solaris
virtus per ipsarum in immensa distantia oblique po-
sitarum reflexionem, perpendicularibus radijs cade-
re in Eclipticam non valens, ibi similiter applicatur
obliquè, vbi eam secant Planæ circulorum Positionum
transuentia per earumdem centra Fixarum, non au-
tem per centra Planetarum aliorumque Significato-
rum: quæ nimis incisiones Eclipticæ, horizonta-
les gradus existunt coorientes vel cooccidentes cum
Fixis, earum latitudine seruata. De unoquoque tali
loco tum Solaris virtus applicata procedens, intra
Eclipticam se diffundere, atque Aspectuum opus
astruere conatur. Quod utique priscos & Professo-
res & modernos non latuit, dum concorditer singu-
larum Fixarum ortum matutinum & vespertinum
cum Sole ac Planetis; necnon occasum vespertino
& matutinum, plurimifecerunt: celi mediationem

item, atque imationem, & eis opposita loca: videlicet ubi Sol vel Planeta quisquam secundum simplicem longitudinem transit vel ingreditur gradum Eclipticæ, notato modo Fixæ debitum, per coniunctionem aut oppositionem. Eaque nunc in aeris mutationibus cum ceteris Aspectibus, nisi maiores vniuersalesque causæ si repugnauerint, possunt obseruari.

Non tamen inficiarer eiusmodi virtutem in remotissimis & obliquè positis corporibus flexam, largiè nimis Eclipticæ applicari, proindeque similiter in Aspectibus ibi procreandis operando, neque Significatoria neque Promissoria plena in directionibus excellere potestate: satis verum enim esse, Planetarum Aspectus quibuscum quoqu modo concurrere contingerit, illorum afficere qualitatibus. Et hoc Summi Sapientiam opificis edicit, cum eadem Fixæ longitudine ac latitudine omnibus communes, ipso-rummet perinde Geniturarum inter se, siue altitudine Poli, siue ascendentis gradu, differentium, diuersos gradus Eclipticæ singulis afferant. In Geminorum Natiuitatibus memoranduni. Et in simplici coniunctione Planetarum binorum inter se, secundum talē carum concursum, & naturæ consensum, alterutrum, præter ibi Planetarum Aspectus, corroborant, & ad illustriorem operationem attollunt, non autem decata figura Domorum ac Dignitatum. At eadem coniunctio Planetarum, puta Maximam, mundi omnium

nium regionum, præ loco Zodiaci, & Fixarum positu secundum longitudinem, communis quidem est, non tamen omnibus virtutem suam influit, cum ex diuersis regionum circulis meridianis horizontibusque, diuersi profecto Positionum circuli & Eclipticæ gradus eisdem Fixis euenant, qui cum coniunctionis gradu nequaquam concurrunt, & facile ibi aliarum diuersæ naturæ gradus collocantur.

Non fortuita igitur nec otiosa latitudinis adeò varia Fixis assignatio. Arguitur attamen Planetarum ex efficacia qui parum ab Ecliptica recedunt, Stellarum imbecillitas nimis inde distantium ac declinantium. Nisi enim conferret, cur Deus Planetas tali situ colloccat? Quæcumque sane virtus quomagis procedit, vel eminus proiscitur, eomagis minuitur & clanguescit: & obliquorum radiorum lentitiam, innumeræ passim experimenta comonstrant. Vnde inferretur, quod non omnes Fixæ, quāmquam æqualis magnitudinis, sunt roboris æqualis, ita ut plurimarum virtus inhabilis euadat ad Aspectus efformandos. Ceteroquì non dum constat de quantitate astralium virium, & an maiorum Fixarum multæ latitudinis robur, minorum paucæ robori adæquetur: vel num singulæ secundum assignatam latitudinem congrua præditæ sint energia, perindeut æqualis efficacia in Ecliptica, quæ innumerabilium Fixarum viciniam requireret æqualem, ob necessariam varietatem situs,

illa-

illarum compensata sit virtutis augmento. Res in subiecto lucido, nimis obscura est. Interea non radeat sedulū Professorem omnium Fixarum usū, effectū intra Zodiacum existentium, effectū existentium extra, hoc autem novo ritu, comparare: facilis enim nunc est labor, prolixam nihilominus negotium postular observationem.

Potest porro nonnumquam in aliquo celi positu contingere, ut unus & idem Stellæ horizon, binis vel pluribus Fixis euadat communis: at raro conspicuis distinctis: & quisquam si forte id sortitus fuerit, pluri-
mi siquidem eo erunt immuca: quod in termini-
terum varietatibus non minus pater approbadum
quam admirandum. Huc præterea plebs innumeris Fixarum oculo nudo minimè comprehensarum si nunc accersatur, satis quippe superque gliscit diffi-
culta. Medium enim nebulosam in ense Orionis ex
12 Stellis compositam Hugenius obseruauit. In qua
21 detexerat Galilæus: in praesepis nebulaſa, 36: in
Pleiadibus, 40: & intra duos gradus in Orione, plu-
res quam 500. Rhei tamè in eodem Orione 2500
Stellas nouas numerauit. Et P. Zupua in Pleiadibus,
Hyadibus, & Orionis ense, cognovit circiter 50. Quid
igitur in ceteris Asterismis & celi spatijs apparenti-
bus vacuis coniectandum! Quid opinandum de Ca-
taria, que instar aggeris vel sepis ex innumerabilibus
compacta Stellulis coaceruatis, nescitur adhuc. Dura in

In concava superficie Firmamenti, an vero in eius profunda crassitate, Stellas dispescat e Stellis? Huius autem illustris circuli situs, non reticendus.

Galaxia, seu Lactea via, in parte Boreali constituta est a gradu 20 circiter Geminorum, usque ad principium Canceris in Australi vero parte, a gradu 6 circiter Sagittarij, usque ad gradum circiter 16. Et quoniā ibi gemitinatur, item a gradu 24 circiter Sagittarij, usque ad gradum 5 circiter Capricorni. Transit hic circulus per Triangulum Australe, Centaurum, Apem, Nauem, Canem maiorem, Orionem, Pedes Geminorum, Aurigam, Perseum, Cassiopeam, Cephei caput, Cygnum, Antinoum, Sagittarium, Aram, Lupum, & redit ad Centaurum. Apud Cygnū diuiditur in duos ramos, quorum alter transit per notatas Constellationes, reliqua vero per Lyram, Aquilam, Serpentem, Ophiucum, Caudam Scorpij, & vultur cum ramo primo prope Centaurum.

Applicaturne id genus glomerata virtus Fixarum Eclipticæ? an aliarum ultra ipsas positarum virtutem præpedit ne applicetur? an alienam cum propria commiscet? an confundit? in positibus quidem hæc discutere, videtur difficile: in Aspectibus autem, difficilius. Attamen interim asseri posset, Eclipticæ ordinata Solaris affectuæ qualitate Fixarum, applicatione a Conditore, nequaquam in celo illas eum collocasse que id muneris nequirent obire satendum vero,

verò, quod quæ ibi ob immensam distantiam nostris oculis apparent coniunctæ, sunt verè inter se ex omni parte, aut saltem præ suis centris adeò separatæ, ut singularum flexæ virtutis radio, proprium Eclipticæ punctum distinctè respondeat: & idcirco irregularis ac difformis hic a nobis conspicitur Fixarum situs: Quod profectò, saluis pariter omnibus Aspectibus, neque Potentiæ neque Sapientiæ Creatoris repugnat. Verum enim, est gradus Fixæ Stellarum fixarū vel Aspectuum haurit virtutes, quid inde? producto ex effectu asserendum, penetratione qualitatum inter se, ita compositam esse naturam loci Stellæ talis. Idq; potissimum in Stellis nebulosis, & quarum virtus transit per Galaxiam, est considerandum.

Itaque nec ullus ex Planetarum Aspectibus valet prorsus assignari, quin alicuius fixæ Stellæ præsentia, vel omnium Fixarum Aspectibus fulciatur, & proinde non incumbendum directionibus Fixarum: sufficit enim directiones omnium Aspectuum Planetarū cum competentibus Eclipticę gradibus percepisse. & ex Fixarum catalogo, congrua supputatione, protinus habebuntur Stellæ, ac per conuersionis Tabellā earum Aspectus, pertinentes ad ipsos gradus. Vnde deducitur indissolubilis connexio Fixarum Aspectibus Planetarum, sic autem ut earum sit illos diuersimodè secundum propriam naturam afficere. Hoc vtique patet in pluribus directionibus successiuis bonis
vel

vel malis eiusdem Significatoris ad Aspectus Promissoris ipsiusmet, euentus nihilominus diuersos afferentibus, cum diuersæ sint Fixæ, diuersaque natura singularum, quæ necessariò concurrerunt ad opus statimque tollitur admiratio cur Mars interdùm lædit per ignem, quandoque per aquam! ita pariter Saturnus! Ex quo nullus, quamvis exiguus, Planetarum Aspectus despiciendus: receptaculum enim est quisque Fixarum virtutis, ac vèluti vehiculum sufficientis qualitatis ipsarum. Ergo innumeris Fixis, innumerabiles Planetarum Aspectus debebantur.

Notabile tum occurrit, quod attinet ad magnitudinem cuiusque Fixarum. Diuiserunt Periti cunctas conspicuas in sex magnitudinis differentias, vel per Telescopium in nouem, & vterius: verum talis divisione potius practicam & expeditam extimationem sapit, quam certam veramque notitiam, cum nec vlla profus adhuc apta methodus potuerit excogitari, ad legitimè diametros metiendas Fixarum, & oculus, etiam instrumento munitus, facile multiformes super eo incurrit errores: per attentam attamen prudenterque comparationem, generalem percipit intersingulas magnitudinis differentiam: quod utique vim earumdem non parum abstrudit.

Appellit demum notanda difficultas, quam efformat multiplex Fixarum natura. Hac taxauit pro maiori parte Ptolomeus, non nihil vero posteri scripto-

I res,

res, obseruatione forsan instruti, moderarunt, eamde-
que sic redactam accepere, congruum duxi. Verumta-
men rem aliter se habere, & accurata pādit inspeccio,
& rationis fulgor persuaderet. Solidē probauit D. Tho-
mas, in mundo supercēlesti (Paradiso nempē Beato-
rum) omnes Angelos inter se differre specie, hoc est,
etsy conueniant genere, quenque tamen eorum pro-
priam peculiaremque constitueret speciem. Cur non
sic in mundo cēlesti, in quo Stellæ sunt instrumenta
naturæ, ac reguntur ab intelligentibus & beatis illis
Dei nobilissimis instrumentis, prout communiter
Theologi tenent, & Philosophi, quorum a nonnemo
facile id ex Hebreorum cabalisticis arcanis per Moy-
sen in Horeb acceptis (ut ipsi afferunt) posterisque
traditis, didicit? Par est igitur, Intelligentiam speciei
singularis, Stellæ, singularis itidem speciei, regimini
fuisse ab authore naturæ deputatam. Et huic similis
quodammodo differentia cernitur in hoc subcēlesti
mundo inter homines, quorum singulis, singularem
complexionem, vultum, staturam, ac vocem, natura
distribuit, vnde diuersè quisque, ceteris comparatus,
operatur in ijsdem naturalibus. Quibus in omnibus
mirificè Sapientia Potentiaque trini rutilat Condito-
ris, ita mundum triplicem concordantis. Idem autem
Diuus Thomas probat seorsum, Stellam ab alia Stel-
la differre specie.

Professor itaque prudens, nec a scriptoribus affi-
gnata

gnata natura. Fixis alliciatur, nec promiscuis illarum seducatur coloribus: persuasum autem habeat, earum quamque peculiari præditam esse natura, peculiare que idcirco per Planetarum Aspectus effectum inferioribus afferre. Quid verò vel quæquam afferat, notorum Aspectuum usu obseruat dum attente, ac notandum est integrè: nam quod ætate unica non potest compleri, facultas hæc si aliquid iam profecit, proficiēdo perget ad absoluendum tandem per plures ætates.

CETERVM, tanti negotij anfractibus in uolutorū digna miseratione commotus, præsidium aliquod eis gerere duxi opportunum, per quod, cunctis trigonometriam, data longitudine ac latitudine Stellæ cuiuslibet fixæ, primū Ascensionis rectæ ac Declinationis, deinde circuli Positionis, & Ascensionis obliquæ vel Descensionis eiusdem Stellæ copia fiat. Itaq; si latitudo Stellæ sit Borealis, & longitudo in Eclipticæ semicirculo Boreali, vel Australis in semicirculo Australi; pro uno Trianguli sphærici latere sumitur datitudinis ipsius complementum ad 90 gradus: si Australis in semicirculo Boreali, vel Borealis in semicirculo Australi; sumitur aggregatum ex 90 gradibus, & data latitudine. Pro altero latere sumitur Obliquitas Eclipticæ graduum 23 30: amborum tamen laterum simul, dimidium esse debet minus circuli quadrante. Pro angulo autem his lateribus intercep-

I 2 to,

to, sumitur distantia Stellæ secundum longitudinem a proximo Solsticio, videlicet a principio Cancri vel Capricorni. Tunc tractentur analogiae positæ in undecimo Capite, ad acquirendos reliquos angulos: quorum, siue maior, siue minor, qui opponitur lateri latitudinis, Äquatoris arcum se metientem declarat: Si enim datum latus latitudinis est maius latere Oblivitatis Eclipticæ; maior utique angulus ex inuentis opponitur illi: si minus; minor: iuxta naturales Triangularium leges. Notandum autem in huiuscē angulorū adeptione, ac deinceps, quod siue si visualibus Canonis numeris, siue Logarithmis quis vtratur, nō tantum ultra Gradus Minuta sunt colligenda, verum etiam Secunda subtilissimè, ubi opus admiserit, & adhibenda: ob quorum neglectum sœpè hic solent exorbitantes Gradus resultare: eaque primū in Fixarum longitudine ac latitudine, tractanda.

Inuentus Äquatoris arcus, existente longitudine Stellæ in prima Eclipticæ Quarta, si fuerit minoris affectionis, adiectus gradibus 270; vel si maioris, deductis ei gradibus 90; rectæ nimirum ASCENSIONIS gradum Stellæ debitum producet. Verum in secunda Quarta, semper erit arcus ille subducendus gradibus 270: & addendus in tertia, gradibus 90. In postrema deniq; si fuerit minoris affectionis; tum demedius erit gradibus 90: si maioris; gradibus 450 subtrahendus.

Si dimidium amborum laterum simul sumptoru
fuerit

fuerit maius circuli quadrante ; tunc pro vno Trianguli latere sumatur latitudinis datæ complementum ad 90 gradus . Pro altero latere , ipsa Obliquitas Eclipticæ . At pro intercepto angulo, distantia Stellæ secundum longitudinem a proximo Solstitio , complementum ad 180 gradus : & operandum ut antea, Äquatoris ad arcum obtainendum . Qui, existente Stellæ longitudine prima in Eclipticæ Quarta , demptus gradibus 90 ; Ascensionis rectæ gradum Stellæ debitum indicabit . In secunda Quarta , gradibus 90, erit adjiciendus . In tertia vero , subducendus 270 gradibus . Et in ultima Quarta , ijsdem gradibus 270 copulandus erit .

Nunc pro DECLINATIONE , fiat

Vt Sinus totus ,

Ad Sinum Obliquitatis Eclipticæ ;

Sic Sinus compl. distantia Stellæ a proximo Äquin.

Ad Sinum complementi prouenientis anguli.

Et Vt Sinus anguli lateri Obliquit. Eclipticæ oppositi,

Ad Sinum totum ;

Sic Sinus complementi anguli nuperime prouenti;

Ad Sinum complementi que sita Declinationis .

Borealis latitudo Stellæ in Eclipticæ semicirculo Boreali, semper Borealem producit Declinationem . Sicut Australis latitudo in Australi semicirculo, semper Declinationem Australem . At Australis latitudo in Eclipticæ semicirculo Boreo, vel Borealis latitudo in

se-

semicirculo Australi, vbi mediocris est, dubiam plenumque Stellaræ Declinationem, an sit Borealis, numne Australis, afferre solet. Quapropter, si fiat

Vt Sinus totus, (Æquinoctio prox.

*Ad Sinum distantia Stellaræ secundum longitud. ab
Sic Tangens Obliquitatis Ecliptica;*

Ad Tangentem alterius cruris;

eicruri comparanda erit data latitudo: quæ Australis, & illo minor, in Boreo semicirculo; Declinatione equidem efficit Borealem: maior; Australem. Et in Australi semicirculo, latitudo Borea illo minor; Declinationem indicat Australem: maior; Borealem.

Perpendendum dein sequitur, num ipsa Stella supra terram, an verò infra illam existat: in quod, nimiam interdum ob latitudinem, facile irripit error. Ad omne igitur dubium abigendum, fiat

Vt Sinus totus,

*Ad Sinum arcus differentiae inter Ascensionem vel
Descensionem rectam Stellaræ, & Ascens. vel De-
scens. obliquam Ecliptice gradus ascendentis
vel descendenteris in proprio celesti Thematæ;*

Sic Tangens complementi elevationis Poli;

Ad Tangentem alterius cruris:

eique cruri coimparandus est datae Declinationis arcus: qui si minor illo est, & longitudo Stellaræ supra terram; ibidem utique Stella ipsa collocatur: si maior, infra terram. Si verò longitudo extiterit sub ter-

ra, & Declinatio minor ; Stella erit infra terram : si maior, supra.

Hinc, datis inuentis Ascensione rectâ Stellæ cum latitudine (vndè capitur eius a Meridiano Distantia) & illius Declinatione similitè cum latitudine, necnon eleuatione Poli Regionis ; per easdem analogias vndeclimi Capitis, habebitur sanè, & absque præiudicio dimidij laterum idonei, circulus Positionis ad Stellam attinens. Notandum tamen, quod in anguloruin extractione, non semper hic maior est capiendus : nam in Stellis fixis admissa latitudine, ac magna, nonnumquam opus minorem postulat angulum : perpetim autem, qui lateri Declinationis opponitur. Præterea, si fiat

Vt Sinus totus,

Ad Sinum complementi eleuationis Poli Regionis;

Sic Tangens iam inuenti anguli qui lateri Declin. opponitur.

Ad Tangentem cuiusdam arcus Äquatoris;

Hic Stella supra terram & in orientali plaga, Sita, vel sub terra & in occidentali plaga ; Ascensioni rectâ Medij celi proprij Thematis adiectus in primo casu, vel Imiceli in secundo, Ascensionem obliquam in circulo Positionis inuento, illic, hic autem obliquam Descensionem eiusdem Stellæ afferet. At ea existente supra terram & in occidentali plaga, vel sub terra & in orientali plaga ; idem arcus Ascensioni rectâ

Ms.

Medijceli déptus in primo casu, vel Imiceli in secundo, Descensionem obliquam Stellæ illic, Ascensionem autem hic produceret.

Demum in Tabulis Ascensionum obliquarum sub propria Poli eleuatione, e latere inuentæ Ascensionis obliquæ sine latitudine, habetur Eclipticæ gradus illi competens. Vel adiectis gradibus 180 Descensioni obliquæ inuentæ, in Tabulis Ascensionum dehinc operandum. Nequaquam autem despicienda pars minitorum proportionalis ad Eclipticæ gradum pertinens, vlla si Positionis circulus præter integros gradus tenuerit.

Præparaueram vniuersalem Catalogum fixarum Stellarum accuratè collectarum, vnico ductu procedentem, hic exhibendum: paraueram quoq; Tabulā integrā 1240 cognitorum Aspectuum, pro qua, in Capite 6, Tabella contracta cum 180 dumtaxat sufficiā fuit: & diuisionum circuli Tabula, negotij fundamentum, in primis prompta erat: quorum adiectione, mole nimirum codicillus tantumdem euasisset. Diversæ verò rationes occasionesq; ipsorum productioni efficaciter obliterunt. Attamen, fortè si hæc utilia vel saltem commoda desiderarentur, mihique desiderium innotesceret, lubens equidem omnia dare, ac publica Studiosis confestim efficerem.



75

Digitized by
005642g61

